

2. Secundò, quia in contractu dictum fuit, quòd prædium cõcedebatur in nouum acapitum, seu a noueant bail: quæ verba non possunt conuenire alteri contractui quàm emphyteutico, iuxta communem vsum loquendi, qui in omnibus attendendus est. Claper. *caus. 15. quæst. 1. num. 6. & 7. & quæst. 2. n. 70. & 71.*
3. Tertio, quia in dicto contractu cõcedens reseruauit sibi iura laudemiorum, quæ reseruatio non potest conuenire alteri contractui quàm emphyteutico, nec possunt applicari contractui censuali, vel liuellario. Mant. *de tacit. conuent. lib. 22. tit. 3. n. 15.* Rota, *decis. 420. n. 4. part. 3. recent.* Decius *consil. 138. n. 5.* Rota, *diuers. decis. 168. n. 2. & 4. part. 2.* † Reseruauit etiam sibi ius recipiendi omnia iura dominicalia, concedendi inuestituras, retinendi iure prælationis, & alia quæ non nisi contractui emphyteutico conuenire possunt: iuxta l. 2.
5. cum *ibi* notat. *Cod. de iur. emphyt. †* Sicuti & concessio dicti prædij facta ad meliorandum, arguit contractum emphyteuticum; cum talis contractus à melioratione nomen acceperit. *Gloss. in §. adeo. Instit. de locat. & probat. ut ex notatis in d. l. 2. & l. final. Cod. de iur. emphyt. & hoc argumento vtitur Alexand. consil. 117. num. 11. versic. hoc etiam. lib. 4.*
6. Verum quidem est quòd si versaremur in dubio contractus potius censualis, quàm emphyteuticus dicendus esset. *Rot. decis. 420. n. 3. part. 3. recent.* † dicens hoc casu dominium prædij non esse apud illum cui soluitur, sed apud soluentem; & consequenter non subiacere caducitati, ad fauorem recogniti. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 106. numer. 3.* Mant. *decis. 134. n. 3. circa medium*, *Rot. in recent. decis. 188. numer. 4. & sequentib. part. 6. & decis. 110. num. 1. & sequentib. ead. m. parte.*
8. Immo & sæpè verba emphyteusim denotantia impropriatur, ad efficiendum contractum potiùs censualem, quàm emphyteuticum. Menoch. *d. præsumpt. 106. n. 11.* Corbul. *de iur. emphyt. tit. de causis priuat. ob non solut. canon. limit. 33. num. 1.*
9. Aduertendum etiam est, vtrum totum ius rei super qua imponitur annua solutio, remaneat penes debitorem annua præstatione oneratum; tunc enim multò magis contractus dicendus est censualis: vt
10. notat Corbul. *d. limit. 33. numer. 1.* † Et ideo si concedens reseruauerit sibi dominium directum v. g. tot solidorum censualium, verba illa non inferunt concessionem emphyteuticam, in qua reseruatio dominij directi debet fieri respectu rei concessæ, non respectu canonis, aut respectu pretij. Menoch. *d. lib. 3. præsumpt. 106. num. 17.*
11. Multùm etiam confert consideratio pretij: si enim pensio quæ singulis annis præstatur; æquiualeat censui qui percipi posset ex pecunia illi tradita qui rem suam censui supposuit, talis contractus non emphyteuticus, sed censualis & submissiuus censendus est: prout aliàs Consului, non obstante quòd partes illum nominassent emphyteuticum: quia debitor prædium proprium supposuerat annuo censui octodecim grossorum: & tamen triginta florenos dütaxat constituètes 360. grossos receperat, atque ita decidit Afflict. *dec. 80. numer. 8.* Cæsar. Mant. *de iur. contract. liuellarij part. 3. numer. 22.* & ab illius sententia non recedit Thefaur. iun. *lib. 4. quæst. 45. numer. 2.* † Scilicet quando res super quæ imponitur census non procedit originaliter à concedente, sed spectabat ad ipsiur debitorem, qui rem suam censui supposuit; ita vt hoc casu non sit locus commissio, seu caducitati, non obstante pacto in cõtrarium apposito in contractu. Mant. *loco citato. part. 4. n. 14.* † Et licet pactum illud quòd res obnoxia censui cadat in commissum, non repugnet naturæ contractus censualis; Valasc. *de*

iure emphyt. qu. 32. n. 31. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 106. n. 17.* † Tamen pactum illud nihil operatur, quando res emphyteutica non processit originaliter à concedente; sed pertinebat ad illum qui censum imposuit: quia cum totum dominium sit apud soluentem, non potest res subiacere caducitati in fauorem creditoris. Rota, *d. decis. 420. n. 3.* Mant. *de tacit. conuent. lib. 22. tit. 3. num. 10.*

Neque rem propriam accipiens sibi præiudicat, etiam si sapius canonem soluerit; & rem suam siue scienter, siue ignoranter recognouerit. *Cost. de fact. scient. centur. 2. distinet. 89. n. 5.* Corbul. *de iur. emphyt. tit. de priuat. ob non solut. canon. ampli. 39. numer. 6. & 12.* Mant. *d. part. 4. n. 8. 11. & 18.* qui totam quæstionem latissimè explicat.


Sed tamen in casu proposito verissimum est contra-ctum stantibus tot clausulis de quibus supra, nõ alium quàm emphyteuticum nuncupari posse, præsertim cum res seu prædium, ex quo canon soluendus erat proueniret originaliter à concedente, & stantibus huiusmodi clausulis contractum esse emphyteuticum decidit Rota, *d. decis. 420. num. 4. part. 3. recent.*

Neque obstare dicebã naturæ contractus emphyteutici, quòd annuus canon integris propemodùm prædij fructibus æquiualeret: cum verior sit sententia contractum semper emphyteuticum remanere; quamuis pensio fructibus respondeat, si partes illum emphyteuticum nominauerint. Gratian. *discept. forens. c. 460. numer. 50. & sequentibus.* Thefaur. iun. *lib. 4. quæst. 45. numer. 25. versic. si tamen.*

Præsupposito autem quòd dictus contractus fuerit emphyteuticus, sequitur ex eo nullum deberi laudemium illi qui verus est Dominus directus, cum alienatio titulo emphyteusos facta ab eo qui dominium directum non habebat prædij concessi, nulla sit & inualida, nec possit emphyteuta alium emphyteutam facere nisi consentiente domino directo. Claper. *d. caus. 1. quæst. 1. n. 92.* Valasc. *de emphyt. quæst. 13. num. 11. & 12.* Molin. *de primog. lib. 1. c. 21. n. 33.* ex contractu autem nullo certum est laudemium domino directo non deberi. Amed. *quæst. laudem. 39. num. 1. & sequentib.*

Neque obstat quod allegatur ex Burgio in tract. de laudemis. *part. 2. inspect. 31. n. 3.* vbi dicit deberi laudemium si emphyteusis subconcedatur in emphyteusim: Quia hoc intelligendum est, si talis subconcessio facta fuerit de consensu domini directi, vt ipsemet fatetur n. 6. Cum ergo dominus directus consensum non præstiterit, contractus ille non valet, neque conuerti potest in contractum censualem, vel liuellarium: immò pacta reseruationis dominij directi, iuris laudemiorum, prælationis, & alia (de quibus supra) vitiantur & vitiant totum contractum, cum sint contraria non solum naturæ, sed etiam substantiæ contractus emphyteutici, quem partes expressis verbis se celebrare velle declarauerunt: † idque propter defectum consensus partium, qui facit vt contractus emphyteuticus non possit transformari in alium actum, seu contractum de quo partes minimè cogitarunt: immò pacta contraria substantiæ illius adhibuerunt, vt clarè determinant DD. in l. vbi ita donatur. ff. de donat. caus. mort. & ibi Bart. in summario ante numer. 1. Angel. in fin. Castren. numer. 2. Signorol. numer. 4. versic. solutio ibi, non transit in alium contractum. volum. 5. Repent. fol. 204. Natta, consil. 123. numer. 8. & 9. Decius, consil. 293. numer. 6. versic. præterea textus. Mant. *de tacit. conuent. lib. 1. titul. 12. numer. 22. versic. tunc autem: & lib. 11. titul. 10. numer. 16.* Rot. *decis. 366. numer. 32. part. 1. diuers. & apud Cens. decis. 493. numer. 6.* post Bald. qui benè loquitur consil. 475. num. 7. versic. tertio casu, num. 1.

21. *Cens. in tractat. de censib. quast. 60. numer. 8. † Qui omnes vnanimi consensu dicunt, quòd si partes expresserint certum contractum quem celebrare volebant, pacta appòsita contra substantiam actus expressi, vitiantur & vitiant, & contractus remanet inualidus, neque transformari potest in naturam diuersam, cum deficiat animus & consensus partium, qui restrictus & limitatus fuit ad certum & determinatum contractum: atque ita in simili determinauit Rota Romana, decis. 567. numer. 6. part. 3.*
22. *recent. † Vbi dicit quòd dum verba contractus restringuntur ad instrumentum venditionis, non potest transire in alium contractum contra expressam partium intentionem; atque ex iis iudicatum fuit per Rotam Auenionens. in fauorem Nobilis & Illustr. Domini de Chateaufneuf D'Alemant, & fratrum Saureaux loci Mazani re maturè discussa, & declaratum contractum emphyteuticum nullum esse, & per consequens laudimia Domino directo non deberi.*



CAPVT LXXX.

Pater primus acquirens an & quomodo liberis præiudicare possit in emphyteusi. Quando emphyteusis dicatur concessa titulo oneroso, & quomòdò probentur merita æquiualentia concessioni. Patrem non posse grauare vllò onere liberos in emphyteusi non hæreditaria, nisi vocato ad emphyteusim bona propria reliquerit, & vsque ad concurrentiam valoris ipsorum. Hæres utrùm sibi præiudicet quoad beneficium inuentarij si bonorum priorum obligationem adiecerit. Quid si se obligauerit tam nomine proprio, quàm hæreditario, aut aliàs animo nouandi legalem obligationem. Vtrùm constitutio dotis generalis comprehendat bona emphyteutica.

S V M M A R I V M.

- 1 *Primus acquirens feudum vel emphyteusim potest bona illa creditoribus obligare, aut aliàs de illis disponere.*
- 2 *Intellige si acquisitio facta fuerit titulo oneroso, & ex re & pecunia acquirentis; secus si lucratino.*
- 3 *Titulus onerosus in materia concessionis emphyteutica quis dicatur.*
- 4 *Quando concessio procedit à liberalitate concedentis, dicitur aduentitia: quando verò ex pecunia, vel meritis patris, est profectitia.*
- 5 *Pater primus acquirens non potest præiudicare filiis emancipatis in emphyteusi.*
- 6 *Verba concessionis attendenda sunt, dum queritur utrùm concessio emphyteusis facta fuerit ex causa onerosa.*
- 7 *Assertio meritorum generica non probat merita.*
- 8 *Specificam mentio meritorum non releuat à toto genere probationis.*
- 9 *Merita probari per Principis assertionem, quomòdò intelligendum sit.*
- 10 *Sola assertio meritorum non probat illa esse æquiualentia concessioni.*

- 11 *Emphyteusis Ecclesiastica regulariter non transit ad extraneos, maxime sine consensu Domini.*
- 12 *Pater emphyteusim Ecclesiasticam alienare non potest ad extraneos; quamuis sit primus acquirens.*
- 13 *Qui vult succedere in emphyteusi Ecclesiastica, debet esse filius & hæres.*
- 14 *Primus acquirens non potest fundare Capellam de fructibus prædij emphyteutici.*
- 15 *Si tamen bona propria æquiualentia reliquerit, fundatio subsistit vsque ad concurrentiam illorum bonorum.*
- 16 *Filius hæres cum beneficio inuentarij, potest agere pro sua indènitare aduersus bona paterna ratione oneris impositi super fructibus bonorū, ad qua vocatus est ex concessione emphyteutica.*
- 17 *Grauumen super bonis hæredis impositum subsistit pro rata bonorum priorum sibi à patre relictorum.*
- 18 *Hæres faciens mandatum sub qualitate hæredis cum inuentario, & obligatione bonorum priorum, sibi non præiudicat.*
- 19 *Obligatio bonorum priorum hæredis locum habet duntaxat in casum contrauentionis.*
- 20 *Ampliatur à quibusdam, etiam si hæres se obligasset in solidum; volentes requiri specificam renunciationem beneficij inuentarij.*
- 21 *Contrarium verius est, si obligatio inceperit à nomine proprio, & postea adiecta fuerit mentio qualitatis hæreditaria.*
- 22 *Idem si nomen hæredis præcedat; vel si constat illum utroque nomine, æquè principaliter obligare se voluisse.*
- 23 *Si hæres dixerit quòd se obligabat tam particulari nomine, quam uti hæres, & pro sua utilitate, tenetur de proprio.*
- 24 *Quando non constat hæredem habuisse animum nouandi legalem obligationem, non tenetur de proprio.*
- 25 *Pater in testamento non potest onerare bona emphyteutica, & tale onus habetur pro non scripto.*
- 26 *Acceptatio legati facta sub qualitate hæredis cum beneficio inuentarij, non onerat hæredem ultra valorem bonorum.*
- 27 *In generali dotis constitutione non continentur bona prohibita alienari sub pœna caducitatis.*
- 28 *In casibus in quibus nulla incurritur caducitas, bona emphyteutica possunt in dotem assignari.*
- 29 *Caducitas non incurritur, si filia marito in dotem constituerit bona emphyteutica, in quorum concessione ipsa fuit comprehensa; cum sit proprium patrimonium uxoris.*

Concesso in emphyteusim prædio patri vsque ad tertiam generationem pro se, & suis hæredibus, & successoribus, tam masculis quàm foeminis; ita quòd non possit alienari sine licentia concedentis sub pœna caducitatis; variæ ex tali concessione ortæ fuerunt difficultates. Prima, utrùm pater primus acquirens dictum prædium obligare potuerit in præiudicium succedentium in dicta emphyteusi. Secunda, utrùm filia dicti primi acquirentis, constituendo omnia bona sua in dotem, censeatur illa constituisse marito; ita vt de fructibus dicti prædij disponere possit, & pro dicto prædio tanquam dotali in iudicio comparere. Tertia, utrùm dicta filia sibi præiudicauerit acceptando hæreditatè paternam, & se in fauorè cuiusdam legata

legatarij obligando. Pro quarum difficultatum resolutione constituendæ sunt sequentes conclusiones.

1. Prima Conclusio. Regula generalis est, quod primus acquirens feudum vel emphyteusum, potest præiudicare vocatis ad ipsam, non solum expressè, sed etiam tacitè de noua illa emphyteusi disponendo; vel illà creditoribus obligando. Gratian. *disc. forens.* 663. per 101. & cap. 405. n. 1. Fachin. *lib. 7. quæst. cap. 8.* Rota apud Ludouif. *decis.* 529. n. 4. & 23.
2. Secunda Conclusio. Pater primus acquirens, liberis suis præiudicare tunc demum potest in noua emphyteusi, quando illius acquisitio facta fuit titulo oneroso, ex re & pecunia acquirentis; secus si titulo merè lucratiuo. Tusch. *litera A. conclus.* 439. n. 20. & 22. Marefcot. *lib. 1. variar. resol. cap. 74. num. 2.* Rota, *decis.* 50. n. 2. part. 6. recentior.
3. Titulus autem onerosus dicitur in proposito, qui excludit liberalitatem concedentis: nã si gratia Principis præponderet meritis, feudum vel emphyteusis dicitur prouenire ex gratiã, & liberalitate concedentis; Socin. *Sen. consil.* 4. n. 6. volum. 3. Marefcot. *d. cap. 74. num. 5.* Rota, *d. decis.* 50. n. 5.
4. Et ratio est, quia quando concessio procedit à liberalitate concedentis dicitur aduentitia: quando uerò ex re, vel pecunia patris, aut meritis æquiualentibus; filij rem illam habent ex liberalitate paterna: & ideo dicitur profectitia: & sic non mirum si pater possit hoc secundo casu liberis præiudicare. † Vnde videmus quòd pater primus acquirens non potest præiudicare filiis emancipatis. Seraph. *decis.* 341. numer. 22. præcipuè uerò si duo simul copulatiuè concurrant, nempe quòd quæsitã fuerit emphyteusis ex re patris, & filius sit emancipatus: tunc enim pater filio præiudicare non potest; quia donatio est perfecta. Natt. *consil.* 475. numer. 5.
6. Tertia Conclusio. Ad dignoscendũ utrũ concessio processerit à mera liberalitate concedentis, uerba quidem concessionis attendenda sunt, ex Rosental. *de feud. cap. 9. conclus.* 66. n. 49. † Sed tamen simplex assertio meritorum in genere facta, merita non probat sufficienter. Mart. *de claus. part. 2. c. 49. n. 1.* & 2. † Immo specifica mentio meritorum non sufficeret, cum illa non releuet à toto genere probationis. Mart. *ibidem, num. 3.* Rota, *d. decis.* 50. n. 7. 8. & 9. † Et ita intelligendum est quod dicitur merita probari per Principis assertionem: ex Surd. *consil.* 419. n. 65.
10. Quod maximè procedit, quando dubitatur utrũ merita sint æquiualentia rei concessæ, siue uersemur inter personas prohibitas, siue non prohibitas. Mascard. *de probat. conclus.* 184. n. 10. & 11.
11. Quarta Conclusio. Dum agitur de emphyteusi Ecclesiastica, & præsertim si concessioni adiecta fuerit prohibitio alienationis, non potest primus acquirens bona emphyteutica ad extraneos transferre, ad quos regulariter emphyteusis huiusmodi transire non potest. † Magon. *decis.* Lucens. 12. numer. 7. Mantic. *de tacit. conuent. lib. 22. tit. 17. n. 30.* Ricc. *in praxi, decis.* 132. n. 1. Maximè si non interuenerit consensus domini. Valasc. *de iur. emphyteut. quæst.* 49. n. 5. *versic. limitatis autem.* & num. 6. *in fine, versic. solus autem pater.*
12. † Vnde nec pater ullo modo talem emphyteusum extraneis dare potest; quamuis sit primus acquirens.
13. Tusch. *dict. conclusio.* 4; 9. numer. 111. † Et qui succedere uult in dicta emphyteusi, necesse est ut simul sit filius, & hæres. Mantic. *de tacit. conuent. lib. 21. tit. 17. numer. 32.*
14. Quinta Conclusio. Pater primus acquirens non potest fundare Capellam super fructibus prædij emphyteutici, quod tenetur ex inuestitura liberis suis

restituere, quod probatur ex supradictis, & ex iis quæ tradit Caldas. *de iur. emphyteut. lib. 3. cap. 17. num. 1. & seqq.*


Sed tamen si bona propria liberis ad emphyteusum vocatis foundationi capellæ æquiualentia reliquerit, ualeat fundatio; & filius tenetur illam obseruare usque ad concurrentiam valoris bonorum suorum: ut probatur ex iis quæ supra diximus, *cap. 50. numer. 37.* dum tractauimus quæstionem illam utrũ is qui eligendi facultatem habet, electum grauare possit. † Vnde de aliàs Consului hæredi qui grauatus fuerat in fructibus bonorum emphyteuticorum, quia hæreditatem acceptauerat cum beneficio legis & inuentarij; ut pro indemnitate sua, ratione capellæ super fructibus prædij emphyteutici ad se spectantis, vigore primæ concessionis fundatæ ageret & regressum peteret contra bona ipsius, & peteret separari bona aduersus substitutos, super quibus releuari posset pro rata oneris dictæ capellæ: iuxta tradita per Peregr. *de fideicom. artic. 6. n. 29.* Alex. *consil.* 91. numer. 10. *versic. non obstant.* & *versic. unde sic hoc casu. volum. 1.* Afflict. *decis.* 111. n. 16. & 17. & ibi Pizanell. & Carauit. *in addit. in fine.*

Quod intellige ut grauamen teneat duntaxat pro modo relictæ. Caldas, *dict. lib. 3. cap. 16. num. 25.* & cap. 17. n. 6. quod probatur per text. in l. Imperator. §. cum quidam. & in l. cum pater. §. Titio. ff. de legat. 2. quos textus bene inducit Peregr. *consil.* 62. numer. 1. volum. 4. Cyriac. *controuers.* 340. numer. 46. cum ibi citatis.

Sexta Conclusio. Quamuis hæres fecisset mandatum ad soluendum creditum capellæ de fructibus prædij emphyteutici, sub qualitate hæredis cum beneficio inuentarij, cum promissione de non contraueniendo, & obligatione omnium suorum bonorum, sibi tamè non præiudicauit quominus uti possit beneficio inuentarij. Ratio est, quia obligatio illa bonorum priorum referenda est ad suum principium, & ad consensum nomine hæreditario præstitum, uidelicet quòd cõseatur obligasse bona propria, casu quo tanquã hæres contraueniret consentui; seu mandato nomine hæreditario facto. Gratian. *disc. forens. cap. 553. num. 31.* & 32. & cap. 34. n. 30. Vincent. de Franch. qui *decis.* 323. nihil determinauit, sed in *decis.* 648. refert decisum in fauorem hæredis. Rota, *decis.* 392. part. 1. recent. & *decis.* 700. part. 3. etiam recent. † Obligatio ergo bonorum priorum hæredis utilis erit ad effectum, ut hæres teneatur de bonis propriis, casu quo nomine hæreditario contractui cõtraueniret. Ricc. *collect.* 3412. † Vbi id procedere ait, etiam si hæres cum beneficio inuentarij, se obligasset proprio nomine, & in solidum, & sub quibusuis aliis clausulis: nisi expressa & specialis renunciatio dicti beneficij interueniat, vel obligatio satisfaciendi, etiam ultra vires hæreditarias: quod confirmat *collectan.* 3418. dicens ita fuisse decisum per quatuor Rotas 16. Martij 1623.

Ego tamen contrarium teneo, quando hæres se obligauit tam proprio nomine, quàm hereditario, vel se & bona propria ac hæreditaria in solidum obligauit, maximè si obligatio inciperet à nomine proprio, & subsecutum fuerit nomen appellatiuum. hæredis ex Bartolo & aliis Doctoribus in l. procurator qui pro euictione. ff. de procurat. per text. in l. si seruus communis. ff. de stipulat. seru. † Quanquam & si nomen hæredis præcederet, idem dicendum esset, si constaret utroque nomine hæredem se obligare uoluisse. Boër. *decis.* 273. numer. 6. *versic. sed ubi promissit.* Gutier. *de tutel. part. 2. cap. 13. numer. 29.* Aretin. *consil.* 29. numer. 3. Costa, *de claus. conuent. claus.* 58. numer. 2. † Et

- & ita intelligo Crauet. *consil.* 214. n. 7. vbi hæres bona propria in solidum obligauerat, & Rotam *decis.* 545. n. 9. *par. 5. recent.* vbi hæres obligauerat bona sua propria, ac etiam hæreditaria, in illis verbis: *Non solum tanquam hæres, sed etiam proprio & particulari nomine, & propter propriam utilitatem.* Et sic habuit animum nouandi legalè obligationem qua tenetur tanquam hæres: vt patet in *d. decis.* 545. *in principio*, &
24. *num. 1.* † Nam quando non constat hæredem habuisse animum recedendi ab obligatione legali, tunc non tenetur nomine proprio, etiam si bona sua obligauerit; vt dicitur *d. decis.* 545. n. 5. vbi allegat dictam *decis.* Vincentij de Franch. 648. nec non decisionem 392. *part. 3. recent.*
25. Nec nocet quòd pater in suo testamento apposuit pœnam priuationis suæ hæreditatis, nec non dicti prædij emphyteutici, & in casum non adimplementi vocauit sequentem in gradu: Quia Respondetur illum hoc facere non potuisse, & tale onus haberi pro non scripto. Caldas, *loc. citat. d. cap.* 17. n. 15. & 16. & *num. 14.*
26. Neque nocet acceptatio legati: Quia non fuit facta simpliciter, sed sub qualitate hæredis beneficiarij Caldas, *vbi supra, cap.* 16. n. 25. *Pereg. de fideicom. artic.* 6. n. 29. cum alijs supra citatis.
27. Septima Conclusio. Constitutio dotis facta per filiam vocatam ad emphyteusim, de omnibus & quibuscumque bonis, & iuribus præsentibus & futuris; comprehendit etiam emphyteusim: Quia licet in generali dispositione non comprehendantur bona quæ sunt expressè prohibita alienari sub pœna caducitatis; qualia erant illa de quibus agebatur, *Pacif. de saluian. interd. inspect.* 3. *cap.* 2. n. 45. † Tamen hoc intelligitur, vt locum non habeat in casibus in quibus per alienationem nulla caducitas incurritur. Cyriac.
28. *controvers.* 205. n. 219. † Bona autem emphyteutica possunt in dotem assignari absque caducitatis incurfu. Corbul. *de iur. emphyt. de alienat. irrequisito domino facta. limit.* 21. Barbol. *in l. usufructu* 58. n. 25. *versic. iuxta hac queritur. ff. solut. matrim.* quia dos est proprium patrimonium vxoris, quæ est de comprehensis in concessione, seu inuestitura.



CAPVT LXXXI.

Testamentum à Parocho, aut alio qui non sit Notarius in scripturam tempore pestis redactum, quomodò & coram quo publicari debeat. Testium numerus quis requiratur in hoc testamento pestis tempore confecto. Quid si testamentum à cæco fuerit factum, quæ solemnitates requirantur. In codicillis, an minus quàm quinque testes tempore pestis interuenire possint. Quid in testamentis Officialium à publico deputatorum pro conseruatione Ciuitatis. An necesse sit testamentum debere vnico contextu fieri tempore pestis.

S V M M A R I V M.

1. Testamentum scriptum à persona non habente fidem publicam (qualem habet Notarius) debet publicari.
2. Publicatio testamenti fieri debet præcedente cita-

- tionem eorum qui habent interesse; incertorum quidem per proclama, certorum verò in specie.
3. Citatio in publicatione testamenti, nec non in testium productione interuenire debet.
 4. Qui testamentum publicari postulat tenetur iurare de calumnia.
 5. Publicatio testamenti coram Iudice ordinario loci facienda est.
 6. In testamento pestis tempore confecto septem testes requiri nonnulli existimant; verius tamen est quinque sufficere.
 7. In terris Ecclesia in testamento etiam extra tempus pestis confecto duo testes cum Parocho sufficiunt, vel quatuor sine Parocho.
 8. Quinque testes ad minus in testamento tempore pestis confecto requiri, magis communis est Doctorum sententia.
 9. Tholosa tamen sufficit quòd testamentum fiat coram duobus testibus.
 10. Quinque testes in testamento requiruntur tempore pestis, licet testator esset peste afflicus, & pestis esset magna.
 11. In testamento cæci multò cautius tempore pestis procedendum est.
 12. Quæ sit forma & praxis testamenti cæci. Remissiuè.
 13. In codicillis tempore pestis suauentis confectis, non minor quàm quinque testium numerus exigitur.
 14. Officiales à publico deputati tempore pestifero possunt validè testari, adhibitis tantum duobus testibus.
 15. Testamentum debet fieri vnico contextu, sed tamen tempore pestis fieri potest per interualla.
 16. Intellige dummodo interuallum sit modicum, aliàs testes non coniungerentur; sed perinde esset ac si diuersa essent depositiones.
 17. Duæ imperfectæ probationes circa diuersas dispositiones seu diuersis temporibus factas non coniunguntur, ad faciendam vnã perfectam probationem.
 18. Si testamentum factum fuerit coram insufficienti testium numero, non potest per alios testes extra testamentum adhibitos coadiuari.
 19. Substantia & perfectio testamenti consistit in testium numero sufficienti.
 20. Si testes testamenti ob aliquam necessitatis causam disiunguntur; oportet actum perfici & renouari illis redeuntibus, aut alios in ipsorum locum adhiberi.

Circa testamenta tempore pestis facta, quædã non inutilia notanda sunt: & primò quidem, quòd si testamentum coram sufficienti testium numero fuerit celebratum, vel etiam à Parocho aut alio in scripturam redactum, non subsistit, nisi illius publicatio facta fuerit vocatis illis qui ab intestato erant successuri; alioquin publicatio vitio nullitatis corrumpitur: vt vno ore asserunt omnes DD. *in l. publicati. Cod. de testam. Dilect. de arte testand. tit. 2. causel. 7. num. 1. versic. & examen.* Calcan. *consil.* 9. *versic. super omnia. num. 9. in fine.*

Et debet Iudex publicè proclamari facere, si quis velit contradicere, & non sufficit generalis illa proclamatio, nisi specialiter citentur illi quorum interest, & si dicta citatio non interuenierit, testamentum non facit fidem. Roland. *consil.* 36. *num. 11. volum. 1.* Grass. *in §. testamentum. question. 61. numer. 2.* Menoch. *remed. 4. adipiscend. possess. num.*

3. *numer. 660.* † Vbi dicit talem citationem debere interuenire in actu productionis testium. Honded. *consil. 26. num. 16. & sequentib. volum. 2.* vbi quod etiam si examinati fuissent mille testes non citata parte, fidem non facerent, & publicatio testamenti nulla & inualida remaneret.
4. Præterea is qui petit publicationem, tenetur præstare iuramentum calumniæ, quod iuramentum omnino esse necessarium testatur Mantie. *de coniect. lib. 1. tit. 6. num. 7.*
5. Debentque publicatio fieri coram Iudice ordinario loci, DD. *in d. l. publicati.* Gloss. *in §. testamentum. quæst. 61. num. 2.* & si facta fuerit coram alio Iudice, nulla est, ex defectu iurisdictionis. Honded. *d. consil. 26. num. 16. volum. 2.*
6. Secundò, quia sæpius disputatum fuit quis testium numerus in testamento tempore pestis facto requiratur; Dixi semper ex communi DD. sententia quinque saltem testium numerum in tali testamento omnino interuenire debere iuxta magis communem DD. opinionem, quanquam & nonnulli septem interuenire debere existiment: per text. in *l. casus. Cod. de testam.* quam ad hoc citat & sequitur Fachin. *lib. 5. controuers. cap. 2.* & de hac communi sententia quod septem testes in hoc testamento requirantur, testatur Ceual. *communium opinionum. cap. 290. part. 1.*
7. Sed tamen magis communis opinio quinque saltem testibus contenta est, nisi tamen iudicandum esset in terris Ecclesiæ, in quibus nos versamur: quia propter dispositionem iuris Canonici sufficiunt duo testes cum Parocho: *cap. cum esset. de testam.* vel quatuor sine Parocho: vt *ibidem* notat Couar. & alij, Genuens. *in practicabilib. Eccles. qu. 660.*
8. Dictam autem sententiam quod quinque testes saltem requirantur, amplectuntur DD. communiter in *l. final. Cod. de testam.* Bald. Salicet. Iaf. Nicol. de Matarel. Angel. *in §. final. Instit. de testam. & in tract. de testam.* Barbat. Corn. Alex. Florian. Soccin. Albert. Brun. Decius, Socin. iun. Rubeus Alexandrin. Paris. & Boërius quos congerit & citat Roland. *consil. 18. num. 47. volum. 1.*
- Idem Chassan. Dilectus, Vasquez, Viuius, Gabriel. Ottoman. Afflict. & Clar. quos citat & sequitur Grass. *§. testamentum. qu. 54. numer. 5.* vbi citato in contrarium Gaill. & Mynsing. concludit cautum debere esse Iudicem, ne contrariam illorum sententiam sequatur: quia alioquin daretur occasio committendi falsitates. Quinque alios DD. refert & sequitur Mascard. *conclus. 1358. numer. 18.* Rip. plures citat. *in tractat. de peste, tit. de priuileg. vltim. volunt. causâ pestis, in 2. part. 2. part. principal. versic. contrariam opinionem:* Cardin. Tusch. *litera. T. conclus. 122. numer. 23. & 24.* Gomef. *l. 3. Tauri, numer. 48.* atque ita iudicatum testatur Papon. *lib. 20. tit. 1. numer. 1.* Maynard. *lib. 5. cap. 16.* † Licet Tholosæ contrarium obseruetur propter particularem loci consuetudinem, secundum quam in quolibet testamento sufficiunt duo testes, de qua consuetudine testatur Ferrerius, *ad decis. Guid. Papæ, 543.* Etiam decisum fuit in Cod. Fabr. *tit. de testament. definit. 5.* & per Rotam apud Pureum *decis. 372. lib. 1.* iuxta nouam impressionem, & nouissimè. *decis. 356. num. 7. & 8. part. 6. recent.* vbi dicitur hanc opinionem esse magis æquam, & sequendam: accedit præmissis Mart. *de succession. legali parte 4. quæst. 1. artic. 8. num. 21.* vbi quod secundum hanc opinionem semper fuit iudicatum in tribunalibus: vt in Rota Roman. in Camera Imperiali, in Senatu Pedemontano, & Gratianopolitano. † Quod etiam procedere voluit Mascard. *concl. 1358. n. 23. & 24.* quamuis pestis esset ma-

gna & valde sauiret, & testator in effectu esset peste correptus, quod verum est quidquid Ferrer. *loco citat.* & alij in contrarium dixerint. Nam quocumque etiam sauiissimæ pestis tempore testatores, vel ex fenestra, vel ex alio loco remoto voluntatem suam declarare possunt: neque defunt testes qui illam ex longinquo exaudire possunt. Quod si testari volens inopinato aliquo casu morte præuentus fuerit, ipsi imputandum est; sicut & illi, qui morte subita ex improviso defunctus est, si rebus suis congruo tempore non prouiderit: & quod periculosa sint testamenta tempore pestis facta, egomet testari possum, qui certis de causis coactus remanere in hac Ciuitate peste afflictâ, multa vidi quæ præstat tacere quàm loqui.


Quod multò magis in speciali casu verum esse 11. Consului: quia agebatur de testamento cæci in quo multò plures solemnitates requiruntur propter maius periculum falsitatis: *l. hac consultiissima. Cod. qui testament. facer. poss. §. cæcus. Instit. eodem. tit.* † Formam autem testamenti cæci ponit Aretin. *in d. §. cæcus. & ibi Addit.* vbi ad longum ponitur forma testamenti cæci facti anno 1498. in hac Ciuitate Auenionensi. Bellam. *consil. 2. colum. 24. versic. quaeritur de testamento cæci.* Turret. *de clausul. codicill. quæst. 20. numer. 12.* Fulgos. *consil. 90.* Boër. *decis. 240. numer. 20.* Giouagnon. *consil. 5. & 6. per tot.* Peregr. *consil. 48. numer. 4. volum. 4.* Vasquius *controuers. lib. 3. cap. 103. numer. 15.* Marta, *de success. legali part. 4. quæst. 1. artic. 9. numer. 6. & sequentibus & artic. 5. à numer. 50.* Barri. *lib. 1. tit. 1. fol. 48. & 49.* Seraph. *decis. 966.* apud quos tota materia testamenti per cæcos faciendi tractatur.

Cæterum in materia dispositionis tempore pestis 13. factæ hoc constituendum est vt verissimum; quod licet in testamentis minor exigatur testium numerus tempore pestis; non tamen minus quàm quinque in codicillis interuenire debent: vt censuit Mart. *de succession. legali; part. 4. quæst. 20. artic. 2. num. 4.* post Grass. *in §. codicillus. num. 6. in fin.* Thesaur. *decis. 180. in fin.*

In testamentis tamen Officialium à publico deputatorum pro sanitate publica tuenda, duos testes sufficere tenet Thesaur. iun. *ibi, in addit. post Magdalen. de numero testium. cap. 20. n. 2. & 3.* Rip. *de peste, tit. de priuileg. vlt. volunt. causa pestis, num. 14.*

Denique & hoc notandum est; quòd licet aliàs testamentum debeat fieri vnico contextu, tamen si fiat tempore pestis, fieri potest per interualla, & cum discontinuatione: *l. casus. 8. Cod. de testam.* † Intelligendo tamen de parua & modica discontinuatione: nam si testes de diuersis temporibus interuallis super vltima voluntate deponerent, considerandi essent vt testes deponentes super diuersis dispositionibus, nec eorum depositio esset coniungenda: vt Corn. & Cattrenf. *in d. l. casus,* optimè declarant, & dicunt iuxta text. *in l. cum antiquitas. Cod. eodem tit. Magnum tempotis interuallum nocere vnitati dispositionis.* † Et ideo duas imperfectas depositiones & probationes non esse coniungendas ad faciendam vnâ perfectam. Vasquius *de testator. potentia, lib. 1. §. 4. num. 38. & sequentibus.* † Vbi dicit, quòd si testamentum fiat coram sex testibus duntaxat, & hæres scriptus velit probare per alios duos, vel tres testes, quòd testator antea voluntatem suam declarauerat, duæ illæ imperfectæ probationes non coniunguntur. † Et ratio est, quia substantia & perfectio testamenti consistit in solemnitate numeri testium. Marta, *de succession. legali.*

20. *part. 4. quæst. 1. artic. 8. numer. 3. 4. & 5.* † Ita ut si testes propter aliquam necessitatis causam disjungantur, oporteat statim ipsis redeuntibus testamentum perfici, aut aliis in locum absentium subrogatis totum actum renouari cum sufficienti testium numero: ex traditis in *d. l. cum antiquitas. Grall. §. testamentum. quæst. 58. numer. 1.* in testamento ergo tempore pestis facti, nec nimius rigor quoad continuitatem attendendus est, nec nimia discontinuatio admitenda.



CAPVT LXXXII.

In testamento solemnem, qua forma testium subscriptio fieri debeat pro illius validitate, defectus sigillationis huius testamenti in Gallia non multum attenditur; sed de iure communi non parui est momenti. Octauus testis, qui testamentarius ab aliquibus nuncupatur, adhibendus est in testamento solemnem, quando testator propter infirmitatem aut alia de causa scribere non potest; qui quidem testamentarius non potest fungi officio Notarij, dum testamentum coram testibus remittitur, & quomodo eius subscriptio concipi debeat. Testamentum solemnem quod nullum est, quando non possit valere uti nuncupatiuum: Et quando valeat iure codicillorum. Vtrum codicilli in scriptis fieri possint, & quæ in illis solemnitates requirantur hoc casu.

S V M M A R I V M.

- 1 *In testamentis obseruanda est solemnitas loci vbi celebrantur, non autem vbi bona sita sunt.*
- 2 *In testamento solemnem multa requiruntur solemnitates, sed vna ex præcipuis consistit in subscriptione testium.*
- 3 *Subscriptio testium in testamento solemnem non sufficit quòd fiat per solam scripturam nominis testium; sed præterea debet testis dicere quis, & cuius testamentum subscripserit, & ibi datur forma huiusmodi subscriptionis.*
- 4 *Si testis in testamento solemnem non exprimat cuius testamentum subscripsit, nulliter subscribit.*
- 5 *Subscriptionem factam non obseruata forma iuris, testamentum corrumpit.*
- 6 *Subscriptio & sigillatio in testamento solemnem fieri debet per ipsos testes, & non per testatorem, aut aliam extraneam personam.*
- 7 *In Gallia defectus sigillationis non est magni momenti.*
- 8 *De iure communi vtrumque requiritur in testamento solemnem, nempe testium subscriptio, & sigillatio.*
- 9 *Defectus forma vitiat etiam in leuibus & modicis.*
- 10 *Si in testamento solemnem dictum sit testem sigillasse sigillo vnius, & sigillauerit sigillo alterius, sigillatio nulla est.*
- 11 *In testamento solemnem si testator illud non scripserit,*

requiritur octauus testis, quem testamentarium vel scriptorem nuncupant.

- 12 *Non sufficit quòd scriptor octauus testis subscribat in dorso testamenti tanquam Notarius recipiens instrumentum remissionis illius.*
- 13 *Notario non creditur nisi de ijs qua tempore instrumenti coram ipso & testibus instrumentarijs gesta sunt.*
- 14 *Idem non potest esse scriptor testamenti & Notarius instrumenti exhibitionis illius, coram testibus facta.*
- 15 *Notario creditur quoad probationem instrumentalem, non tamen ipsi soli quoad probationem testimonialem.*
- 16 *In testamentis solemnibus in quibus pro forma testium numerus requiritur, Notarius non potest computari in numero testium; & ideo non potest esse octauus testis.*
- 17 *Scriptor testamentarius non sufficit quòd simpliciter subscribat testamentum solemnem, sed præterea debet declarare quòd subscriptio facta fuit de mandato testatoris, & scripturam illam verè illius esse testamentum.*
- 18 *Testamentum nuncupatiuum implicitum hoc requirit, quòd ore proprio testator heredem nominet, relative ad scripturam.*
- 19 *Non sufficit in testamento nuncupatiuo implicito, quòd testator dicat scripturam quam exhibet esse suum testamentum, nisi adiciat se nominare heredem eum, qui in scriptura designatur.*
- 20 *In testamento vero solemnem, non est opus nominare heredem; sed sufficit quòd testator scripturam exhibeat dicens in ea suum testamentum contineri.*
- 21 *Testamentum solemnem inualidum propter defectum solemnitatum sustinetur tanquam codicillus vigore clausula codicillaris: & scriptus hæres in illo testamento, capit hereditatem de manu venientium ab intestato.*
- 22 *Codicillorum duo sunt genera vnum in scriptis, aliud verò nuncupatiuum.*
- 23 *In codicillis in scriptis sufficiunt quinque testes, qui ab ore proprio codicillantis audierint, illam esse suam ultimam voluntatem.*

Testamentum mihi propositum Dixi non posse valere tanquam solemnem, nec tanquam nuncupatiuum, sustineri tamen vigore clausula codicillaris, & aliarum in eo appositarum.

Tanquam solemnem sustineri non posse constabat ex eo, quòd factum fuerat non seruata forma à iure in similibus dispositionibus præscripta, cuius ommissio totum testamentum nullum reddit. *l. ff. vnus. 12. Cod. de testam.* quia cum testamentum factum esset in loco, vbi ius commune seruatur; interuenire debebant solemnitates à iure communi requisitæ; quamuis testator originem duxisset ex locis vbi particularis aderat consuetudo contraria circa testamentum. Cuiac. *consult. 36. versic. & præterea. Le Vest, arr. 82. Expilly arrest. 78.*

Inter solemnitates requisitas in huiusmodi testamento de quibus Castrenf. in *l. hac consultissima. 21. Cod. de testam.* vna ex præcipuis est subscriptio testium: † Neque sufficit quòd illa simpliciter fiat per adiectionem nominis & cognominis ipsorum, sed præterea debet apponi nomen testatoris, & scribi quis & cuius testamentum subscripserit. *l. singulos. 30. & penultima. ff. de testament. Gloss. in d. l. hac consultissima. in verb. non subscriptum, Cuiac. in l. ad*

1. *ad testium* 22. §. *si quis ex testibus*. ff. de testam. hoc modo, Ego Lucius Titius Gaij Seij testamentum consignauit. & melius Bart. in dict. l. penult. his vitur verbis: Ego talis dico & assero me esse adhibitum in testem, in presenti testamento facto per talem, & ideo
4. propria manu me subscripsi & sigillauit. † Quod cum factum non est, testamentum nullum & imperfectum remanet. Paris. consil. 46. numer. 5. volum. 3. Angel. in tract. de testam. glos. 5. numer. 4. Ægid. Bellamer. consil. 1. colum. 13. versic. undecimò dixi. his verbis: & est de necessitate quòd subscribens scribat cuius te-
5. stamentum signauit. † Vnde subscriptione facta præter formam iuris, illa haberi debet pro non facta, & testamentum corruiere necesse est. dict. l. hac consultissima. ibi, non subscriptum autem pro infecto haberi conuenit.
6. Secundò requiritur in testamento solemnì, quòd subscriptio & sigillatio fiat per ipsos testes, & non per testatorem, aut aliam personam extraneam: & probat text. in d. l. hac consultissima. ibi, testibus subscribentibus & consignantibus. quod in casu proposito obseruatum non fuerat.
7. Non ignoto quòd si negotium disputandum sit in Gallia, defectus ille sigillationis non magni momenti futurus est: vt notat Theuen. sur les ordonnances, lib. 5. tit. 5. des testamens. artic. 1. in verb. seront signés.
8. Sed apud nos defectus ille erit considerabilis: quia habemus expressam dispositionem text. in l. ad testium. §. si quis ex testibus. ff. de testam. cuius hæc sunt verba: si quis ex testibus nomen suum non adscripserit, veruntamen signauerit; & si adscripserit, se tamen non signauerit; idem dicemus. Et quamuis hæc forma sigillationis non videatur magni momenti, cum possit etiam quis alieno sigillo signare, vt tenet Rota Romana, decis. 30. numer. 3. part. 1. diuers. debet nihilominus obseruari: † quia defectus formæ vitiat etiam in leuibus & modicis. d. l. si vnus. 12. & ibi Sicard. num. 2. Cod. de testam.
9. Et hoc maximè locum habere debet si in testamento adscriptū sit testem sigillasse sigillo Titij & tamen sigillauerit sigillo Mæuij; hoc enim valde nocet validitati subscriptionis: vt dicit. Ioan. Faber. in §. possunt. Instit. de testam. n. 2. versic. quid si litera continet duo sigilla.
10. Tertiò corruiit testamentum, si loco testatoris qui subscribere non poterat, vel nesciebat, non fuerit adhibitus octauus testis quem vocant testamentarium, qui octauus testis vt scriptor debet subscribere testamentum præsentibus & assistentibus aliis septem testibus: quod probatur per text. in dict. l. hac consultissima. in illis verbis: eique ipse coram testibus sua manu in aliqua parte testamenti subscripserit. Quod etiam notauit Speculator, in tit. de instrument. edit. §. compendiosè, n. 40. in illis verbis; nec non coram eis ibidem presentem subscriptionem subiiciens. Et per Azonem in summ. Cod. de testam. num. 6. ibi, coram eis sua manu subscribat. Ruin. consil. 193. numer. 5. lib. 2. Menoch. consil. 639. numer. 12. Bellam. dict. consil. 1. colum. 12. versic. ad primam questionem. ibi, in presentia mea, & aliorum testium propria manu se subscripserit: & colum. 13. versic. Item si testator sic loquitur, octauus adhibitus scriptor pro eo se subscripsit: & clariùs colum. 11. versic. duodecimum capitulum. & colum. 4. versic. nonum capitulum.
11. Neque sufficit quòd ipse scriptor seu testamentarius scripserit in dorso testamenti instrumentum remissionis illius, tanquam Notarius in præsentia septem testium, clauso iam & sigillato testamento, nulla facta mentione suæ subscriptionis appositæ in

pede eiusdem testamenti nisi tanquam de re in absentia testium iam facta.

Quia Notario non creditur de his quæ ante testamentum facta sunt, sed tantum de his quæ ipse fecit in præsentia testium instrumentariorum. DD. communiter in amben. si quis in aliquo. & ibi maximè Bart. numer. 9. Cod. de edend. Cum ergo subscriptio iam facta esset & clausa, ac consignata per istum scriptorem; non probat illius assertio facta in dorso testamenti iam clausi, & quam subscriptionem fecerat in absentia testium testamentariorum.


Neque fieri potest vt idem sit & scriptor testamenti, & Notarius exhibitionis seu remissionis eiusdem coram testibus factæ: non enim idem potest esse Notarius, & testis. l. Domitius. & ibi DD. ff. de testam. † Qui dicunt testimonium Notarij validum esse quando iudicialiter examinatur nullà habitâ ratione instrumenti per eum rogati; secus est quando agitur de rebus quæ debent redigi in scripturam, & tractatur de probatione instrumentali, & non de testimoniali; † sicut in testamentis solemnibus, quæ pro forma essentiali scripturam requirunt; tunc Notarius non potest computari in numero testium, nec tenere locum scriptoris seu testamentarij, qui est tanquam octauus testis: vt ostendit Paris. consil. 46. numer. 8. lib. 3. Menoch. consil. 313. n. 25. Bertrand. consil. 128. versic. tamen illud instrumentum. volum. 4. Couar. in cap. relatum. 11. num. 19. in tertia conclus. de testam. Magdalen. in tract. de numero testi. in testam. requisit. lib. 1. cap. 29. num. 8.

Præterea non sufficit quòd scriptor simpliciter subscribat testamentum; sed præterea necesse est vt ipse declaret subscriptionem fuisse factam de mandato testatoris, & scripturam illam verè esse eiusdem testamentum. Hæc est forma quam tradit Cuiac. in tit. Cod. de testam. colum. mibi 681. in fin. tom. 3. Lucius Titius pro Gaijo Seio testatore nomine suo testatorisque huic testamento subscripsit. Roland. consil. 36. colum. 2. versic. si verò de mandato. volum. 1. Menoch. consil. 313. numer. 24. & melius hoc modo: Ego Gaius Seius testis adhibitus & rogatus à Sempronio testatore qui scribere ob infirmitatem non potest, eius nomine & mandato subscripsi, affirmans hoc esse eius testamentum.

Secundò loco Dixi dictum testamentum non posse sustineri tanquam nuncupatiuum; quia licet verum sit & menti Rotæ Romanæ conueniat dari testamentum nuncupatiuum implicitum, quando non potest valere tanquam solemne, si testator coram testibus scripturam remittens declarauerit se illum hæredem instituere qui in dicta scriptura nominatus reperitur; iuxta tradita per Clar. in §. testamentum. quest. 4. n. 3. Burat. decis. 475. n. 22. l. si quis ita. 36. l. hoc articulo 29. l. asse toto. 77. ff. de heredib. instit. l. institutio talis. 10. ff. de condit. instit. l. quoties. 9. §. si quis nomen. ff. de hered. instit. † Tamen non sufficit quòd testator dicat coram testibus se ostendere scripturam in qua continetur eius vltima voluntas; sed præterea requiritur quòd dicat se nominare hæredem illum qui est nominatus seu descriptus in illo testamento quod exhibet: quod probatur per textus super quibus fundatur opinio illorum qui admittunt testamentum nuncupatiuum implicitum, prout apud nos admitti solet: nempe in dict. l. si quis ita. 36. l. hoc articulo 29. l. asse toto. 77. l. quoties. 9. §. si quis nomen. ff. de hered. instit. l. institutio talis 10. Cod. de condit. instit. † Qui omnes textus præsupponunt hanc differentiam inter testamenta nuncupatiua & & solemnia; quòd in nuncupatiuo testator debet nominare hæredem viua voce, & non per scripturam:

eandemque differentiam facit text. in dicta l. hac consultiſſima in princip. iuncto. §. per nuncupationem: quia loquendo de testamento mystico dicit sufficere quòd testator coram testibus dixerit suum esse testamentum, quod offertur; sed in nuncupatio necesse est quòd septem testes testatoris voluntatem testamentum facientis audiverint. Quòd clariùs etiam deciditur in l. heredes palam. 21. ff. de heredib. instit. Guillem. Benedict. in cap. Raynutius. in verb. in extrenis positus. de testam. & probatur in l. iubemus. 29. Cod. de testam. ibi; in elogio quod sine scriptura conficitur, necesse est testatorem voce exprimere nomen vel nomina heredum: & ita iudicatum fuit apud Fabrum in Codice tit. de testam. definit. 4. Prædicta probantur per Cyriac. controuers. 444. num. 98. & multis sequentibus. Quibus tamen aduersatur Alexand. consil. 176. num. 5. & 6. lib. 5. Socin. sen. consil. 173. lib. 2. quos sequitur Tusch. in verb. Testamentum. conclus. 111. num. 23. Ego autem sententiam Cyriaci veriorum esse existimo per iura, & rationes ab ipso allegatas.

21. Tertio loco Dixi dispositionem illam sustineri posse vigore clausulæ codicillaris in ea appositæ, & sic proximiores ab intestato censerentur grauati de restituendo heredibus scriptis: iuxta tradita per DD. communiter in Authen. ex causa. Cod. de liberis præteritis. Rot. decis. 206. num. 4. & 17. part. 7. recent. & quòd dicta dispositio valeat iure codicillorum comprobatur Turret. in tract. de claus. codicil. quest. 126. effect. 79.
22. Quia licet duo codicillorum genera DD. admittant quædam videlicet nuncupatiua, & alia in scriptis vel secreta, Comensis, Iaf. & Alexand. in l. final. Cod. de codicil. tamen codicilli secreti & in scriptis non subiacent tot solemnitatibus, sicut testamenta mystica: † sed sufficit quòd in istis adsint quinque testes subscripti, qui audierint ab ore proprio disponentis illam esse ultimam suam voluntatem. Grass. in §. codicillus. num. 10. Bellamer. dicto consil. 1. colum. 21. versic. circa istud tertium dubium: quia codicilli nullam ordinationis solemnitatem desiderant. §. final. Instit. de codicil. Formam autem huiusmodi codicillorum in scriptis, fusiùs explicat Bellamer. d. consil. 1. in loco mox designato.



C A P V T L X X X I I I .

Si venditio facta fuerit cum pacto de retrouendendo, venditor qui vult redimere rem venditam vigore illius pacti præfertur domino directo volenti uti iure retentionis feudalis.

S V M M A R I V M .

- 1 Si emptor declarauerit se paratum esse retrouendere in vim pacti de retrouendendo, quod alioqui poterat impugnare, tenetur procedere ad retrouentionem.
- 2 Dominus directus per suum consensum alienationi præstitum à iure prælationis excluditur.
- 3 Dominus directus petendo laudemium tacite renunciat iuri prælationis.
- 4 Generaliter quicumque potest habere regressum ad rem feudalem, sibi præiudicat per suum consensum.
- 5 Quod procedit, siue consensus fuerit expressus, siue tacitus.

- 6 Renunciatio emptoris excludit eum à iure presenti quoad retrouentionem, sed non à futuro postea nato.
- 7 Clausula renunciationis omni legum auxilio, non potest extendi ad ius postea superueniens.
- 8 Per pactum de retrouendendo dominus directus excluditur à iure prælationis, si venditor emptorem cogere velit ad retrouendum.
- 9 Dominus directus retinens iure prælationis tenetur subire eadem pacta & onera qua sunt in venditione comprehensa.
- 10 Ius Congruum locum habet in venditione sub pacto de retrouendendo facta, non tamen in præiudicium pacti redemptiui.
- 11 Contractus venditionis translatus censetur in retinentem iure Congruum.
- 12 Ius prælationis domini directi potentius est iure vicini retrahere volentis.
- 13 Pactum de retrouendendo appositum in venditione constituit partem pretij.
- 14 Dominus directus qui sciuit pactum de retrouendendo, & non reclamauit tale pactum, etiam in sui præiudicium approbare censetur.
- 15 Annus qui datur à consuetudine vicini retrahere volentibus, non currit nisi lapsò tempore retrouentionis conuento.
- 16 Pactum de retrouendendo excludit vicinum à iure Congruum rem venditam retinere volentem.
- 17 Ius prælationis cessat quando dominus directus non potest præstare illud, quod emptor venditori promisit.
- 18 Retroueditio dependens à partium conuentione dicitur fieri ex causa præexistente & necessaria, nempe in executionem contractus præcedentis.

FACTA venditione cuiusdam prædij cum pacto redemptiuo intra quadriennium in fauorem emptoris pro se, & successoribus suis quibuscumque stipulantis, venditor tertio ius pacti redemptiui cessit, qui dum aduersus emptorem pactum exercere & redimere voluit, respondit emptor se paratum esse prædium dimittere, & pacto redemptiuo acquieuit. Deinde penitentia ductus dominum directum adiuit, & ab eo ius prælationis dominicale quaesuit iuxta Comitatus Venayssini consuetudinem, qua (ut aliàs diximus) licitum est domino directo alteri ius prælationis concedere.

Quare cum concurreret consensus emptoris, item pactum de retrouendendo, & ius domini directi emptori cessum; duæ ortæ fuerunt difficultates. Prima, utrum emptor per consensum quem præstitit pacto de retrouendendo, ita sibi præiudicauerit, ut à domino directo ius prælationis postea acquirere non potuerit. Secunda, utrum casu quo sibi non præiudicauerit, pactum redemptiuum contractui venditionis appositum potentius sit iure prælationis seu retractus feudalis, domino directo seu eius cessionario competenti.


In prima quaestione Dixi emptorem tanquam emptorem ita quidem pacto redemptiuo consensum præstitisse, ut sub illa sola qualitate emptoris nullo modo contrauenire queat: quia per consensum redemptioni præstitum, tacite renunciauit iuri quod forsan potuisset habere ad impugnandum pactum, vel aliàs ad impediendam retrouentionem. † Ad instar domini directi, qui si tacite vel expressè venditioni consenserit, excluditur à iure prælationis; veluti si in venditione interuenerit, vel pro euictione cauerit. Ripol. variar. resol. cap. 7. num. 466. & 467. † Si laude

- laudemium petierit, vel exegerit. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 24. num. 11. & aliis modis de quibus Ripol. loco citato. Sed non ideo exclusus est emptor à iure prælationis, sibi postea per dominum directum cello: quia licet verum sit renunciantibus etiam tacite non dari regressum ad bona, vel iura renuntiata; *l. post diem. ff. de lege commiss. l. si ea qua. Cod. qui accusare*
4. non possunt. † & in terminis rei feudalis adest text. in cap. 1. §. præterea, quib. mod. feud. amit. & ibi DD. asserunt eum qui potest habere regressum ad rem feudalem, sibi præiudicare per suum consensum: † quod extenditur etiam ad consensum tacitum: Roland. *consil. 57. num. 12. & sequentib. vol. 3.*
 5. Tamen renunciatio illa tacita per consensum introducta non nocet emptori renuncianti, quoad ius futurum & postea quæsitum, de quo non cogitabat tempore præstiti consensus; atque ita quod vti emptor facere non potuit, illi permissum est tanquam cessionario domini directi, & ab eo ius & causam habenti. Renunciatio enim quælibet quantumvis iuramento firmata, intelligenda est, dummodò subsit eadem causa: *l. quero. §. inter locatorem. ff. locat. l. qui seruum. ff. de verb. obligat. Menoch. consil. 749. num. 14. & 806. num. 5. & sequentib. Surd. decis. 289. numer. 13. Galerat. de renunciat. lib. 2. cap. 5. num. 24.*
 6. Addit. ad Burat. *decis. 20. num. 11.* † Vbi clausula renunciationis omni legum auxilio, non extenditur ad iura postea superuenientia. Odd. *de fideicom. quæst. 4. art. 6. num. 51.*
 7. Sed dubium ad hoc reducendum erat, vtrum ius prælationis dominicale potentius esset iure competente venditori, ex pacto redemptiuo? † Dixi venditorem in vim pacti de retrouendendo excludere dominum directum eiusve cessionarium à iure prælationis: † Nam dominus non potest rem venditam iure retractus feudalis retinere nisi pro eodem pretio, & pactis in venditione contentis: Quia cum vtitur iure suo, & prædium venditum retinet, subrogatur in locum emptoris. Vincent. de Franch. *decis. 506. num. 18.* † vbi dicitur quod licet ius Congruum locum habeat contra ementem cum pacto de retrouendendo; tamen qui in vim illius iuris rem emptam sibi retinet, debet eam tenere sub eodem pacto de retrouendendo: quia vicinus non potest rem ex illo iure retinere seu vendicare, nisi cum iisdem qualitatibus cum quibus emptor emit. Gratian. *discept. forens. cap. 11. 460. num. 36.* † & contractus venditionis censetur translatus & transfusus in eum, qui vult retinere rem venditam. Idem *num. 65. & 66.* † Ius autem directi dominij potentius est iure vicini, ex consuetudine vel statuto retrahere volentis: ex Vincent. de Franch. *decis. 610.* Ratio differentie est, quia dominus directus respectu vicini fundatus est in iure communi. quod est potentius consuetudine vel statuto particulari, in quo censetur reseruatam ius domini quod erat ante consuetudinem fundatum in dispositione legis: vt dicit Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 21. *glos. vnic. num. 2. & 3.* sed dum agitur de ipso emptore, ius ipsius fundatur in ipso contractu venditionis, in quo pactum retrouenditionis afficit dominum directum retinere volentem; cui ius non dat retentionem, nisi sub iisdem pactis & conditionibus inter emptorè & venditorem conuentis; cum non possit retinere nisi pro eodem pretio: *dicta l. final. Cod. de iur. emphyteut. ibi, quantum pretium reuera ab alio percipi potest.* †
 8. Pacta autem huiusmodi de retrouendendo, partem pretij constituunt. Salycet. in *d. l. final. n. 3.* & est text. in cap. potuit. *de locat. ibi, quantum sibi ab alijs offertur.* Et faciunt tradita per Censum, *de censib. quæst. 65. num. 3. & ibidem. decis. 71. num. 2. Rota, decis. 571.*

num. 1. & per totum, part. 1. recent. † Et in terminis domini directi rem sub pacto de retrouendendo venditam retinere volentis, quod non possit impedire venditorem rem redimere volentem, maxime si dominus sciuerit illud pactum, & non reclamauerit; tradit Petrus Iacob. in *praxi, in forma libelli super re emphyteut. fol. 13. verso, colum. 2. in principio.* hoc etiam decidit Grimauder, in *dicto tractatu, des retraiets, lib. 5. cap. 4. in princip. vbi allegat Castrenf. consil. 74. colum. vlt. volum. 2.* qui dicit vicinum non habere ius retractus, si emptor rem venditori restituat in vim pacti de retrouendendo; sed hoc nihil ad casum nostrum; sed magis expressè hoc tenuit Chenu. in *addit. ad Papon, lib. 11. tit. 7. arrest. 8.* qui sic loquitur, *Assi pou tel contract, le Seigneur direct ne peut user du droit de prelation & retention, qu'après le temps de réemer expiré.* † & facit à simili quod annus qui datur consanguineis ad retrahendum, non incipit currere nisi post tempus retrouenditioni præfixum. Louet & ibi Addent. *litera R. num. 46.* res enim non dicitur alienata quamdiu à venditore recuperari potest. † Vnde indubitatum asserunt DD. in agnato qui iure retractus consanguinitatis rem venditam retinere vellet, quod hoc non possit in præiudicium venditoris volentis vti pacto retrouenditionis in contractu apposito. Rip. in *l. 1. num. 2. versic. vltimo fallit. ff. de priuileg. credit. Ioan. Igneus, in repetit. l. contractentem. num. 82. versic. & ista dilatio. Cod. de contrah. empt. inter Repetent. volum. 7. fol. 473.* & nominatim quod dominus directus non possit impedire vim & effectum illius pacti, tradit Cald. *de iure emphyt. lib. 3. cap. 13. num. 23. versic. nec similiter conqueri potest.* † Immo generale est, vt quamdiu dominus directus tantundem præstare non potest, quantum emptor promisit, cesset ius prælationis. Cald. *ibidem, num. 33. in fine.*

Et retrouenditio quam nunc petit emptor, siue eius cessionarius, fieri dicitur ex causa præexistente & necessaria, in executionem contractus venditionis. Gratian. *discept. cap. 180. num. 16. & 17.*

Vnde conclusum fuit venditorem retrahere volentem domino directo eiusve cessionario præferendum esse.



C A P V T LXXXIV.

Vendito feudo, vel Castro, an censetur in venditione comprehensa iurisdictio. Feudum cum iurisdictione vtrum nobilitet possessorem. Dominus directus alicuius territorij quis esse potest nullam habens iurisditionem. Hominibus, subditis, & homagiis venditis quid in venditione contineatur.

S V M M A R I V M.

1. Quamuis Castrum fuerit concessum in feudum, non tamen ideo sequitur per necesse quod concessa fuerit iurisdictio.
2. Si Vassallus feudum habens, iurisditionem illi ex propria pecunia acquisierit, finito feudo reuertitur quidem ad Dominum, sed sine iurisditione, qua spectat ad Vassallum acquirentem.
3. In actibus translatis, accessorium non omnino coherens

- coharens suo principali, & quod ab eo diuidi & separari potest, non continetur.
- 4 Iurisdictionis est quid accessorium Castri, non tamen illi omnino coharens, & ab ipso inseparabile.
 - 5 Vnum dominum esse Castri, alium dominum iurisdictionis non est inconueniens.
 - 6 Feuda iurisdictionem & subditos habentia nobilitant possessores.
 - 7 Feuda quadam sunt ignobilia qua non eximunt possessorem à collectis.
 - 8 Feuda que subditos habent, ceteris præstantiora sunt & nobiliora.
 - 9 In Gallia omnia feuda sunt nobilia, & nobiliter tenentur.
 - 10 Feudum nobile solus Rex erigere potest.
 - 11 Feuda ab alio quàm à Rege obtenta non sunt nobilia neque nobilitant.
 - 12 Feudum duobus modis nobile dici potest; nempe aut quia nobilem facit, vel nobilem inuenit.
 - 13 In dubio tamen si nihil aliud obstat, concessio feudo præsumitur concessam quoque fuisse iurisdictionem.
 - 14 Tunc maximè cum Castro vendita seu concessa iurisdictionis censetur, quando concessio procedit à persona priuata; secus si à Principe.
 - 15 Si tamen coniectura vel probationes sint in contrarium, etiam in concessione facta à priuato non comprehenditur iurisdictionis.
 - 16 Dominium directum & priuatum alicuius territorij potest esse apud vnum, iurisdictionis vero ius publicum apud alium.
 - 17 Venditor exprimendo se vendere Castrum cum iurisdictione, si illa sibi non competat, tenetur de euetione vti vendens rem ad alium spectantem.
 - 18 Quando Castrum venditur tanquam quid vniuersale cum sua iurisdictione, & pertinentijs; venit iurisdictionis, & alia accessoria; secus si vendatur tanquam res particularis.
 - 19 In venditione omnia comprehenduntur qua emptor credidit comprehendere.
 - 20 Clausula cum suis iurisdictionibus, intelligitur si & quatenus de iure competant venditori.
 - 21 Hoc procedit dum agitur de concessione facta à Principe; sed in translatione facta à priuato continetur iurisdictionis.
 - 22 Homo meus dicitur ille, qui mihi præstat seruitium & fidelitatem.
 - 23 Subditi & homines licet sint ingenui, tamen sunt adstricti erga Dominos iurisdictionales ad aliquam speciem seruitutis, & ad homagium & seruitia.
 - 24 Homagium, & fidelitas que præstatur à subditis erga Dominos, est quadam adstrictio seruitutis liberi hominis, non solum bona sed etiam personas respiciens, in quo differt ab emphiteusi, que sola bona respicit.

Inter multiplices eoque antiquos iurisdictionis titulos, in & super quodam Castro & territorio, & ad docendum Castrum de quo agebatur esse iurisdictionale, productum fuit instrumentum per quod auctores, & dicti Castri possessores se Regi Christianissimo declararunt, illius occasione *Hommageables, Vassaux, & subiects du Roy*: & quod intendunt tenere sub feudo nobili ab Ipso omnes & quoscumque census, redditus & feuda nobilia quæ habent & possident in dicto loco, territorio & mandamento; & Ipsi reddere homagium, & iuramentum fidelitatis. Super

quo requisitus Respondi ex illo instrumento ¶ non 1. probari iurisdictionem Castro esse annexam; cum feudum sit quid diuersum & distinctum à iurisdictione, & concessio simpliciter Castro in feudum, ex tali concessione nihil inferri possit ad iurisdictionem. Mantic. *de tacit. conuent. lib. 23. tit. 6. num. 49.* ¶ vbi dicit quod si iurisdictionis feudo per Vassallum fuerit acquisita, illa feudo finito veluti ob finitam lineam pertinet ad Vassallum, seu eius hæredes, & non ad Dominum; cum sit diuersa & separabilis à feudo. Clar. §. *feudum. quest. 88. in fin.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 97. num. 1. & sequentib.* ¶ & in actibus significantibus translationem iuris de vno ad aliud, accessorium suo principali non omnino coharens, & quod diuidi ab eo potest, non continetur in translatione principalis. l. *quoties. ff. de contrab. empt. l. final. ff. de supellectil. legat. l. 2. ff. de fundo instruct.* ¶ Licet autem 4. iurisdictionis sit accessorium Castri, non tamen est accessorium omnino coharens: ergo non sequitur concessio Castri concessam esse iurisdictionem. Menoch. *dicto loco num. 7. & sequentib.* Ludouif. *decis. 556. num. 1.* Rosental. *de feud. cap. 5. conclus. 6. num. 5. & sequentib. in actis glossis.*


Et non est inconueniens vnum esse dominum Castri, & alium iurisdictionis. Hieron. de Mont. *de finibus regund. cap. 11. num. 14.* Loyseau *des Seigneuries subalternes, chap. 4. num. 26. & 29. & chap. 10. numer. 44. & sequentib.* Nec similiter qualitas feudi nobilis inferebat illud esse iurisdictionale: ¶ Quia licet dicatur feuda iurisdictionem & subditos habentia nobilitare possessores illorum; non tamen ex eo sequitur, omnes feudorum possessores habere iurisdictionem; cum aliqua possint esse feuda nobilia, & tamen iurisdictione carentia. Papon, *lib. 5. tit. 11. arrest. 29.* ¶ vbi dicit quod ignobiles tenentes feuda nobilia sine iurisdictione, consistentia solum in redditibus, prædijs & alijs rebus huiusmodi, non sunt exempti à taleis & collectis ac subsidijs. ¶ Sic dixit Octau. Bammacar. 8. *in cap. filij nati. si de feudo fuerit controuersia*, ex feudis contrahi nobilitatem præsertim si subditos habeant: ¶ Tamen in Gallia omnia feuda sunt nobilia, & nobiliter tenentur. Bacquet. *in tract. des francs fiefs. cap. 3. num. 2. & 3.* non tam respectu feudi quàm Regis illa concedentis Loyseau *in tit. des Seigneuries mediocres, cap. 8. num. 23.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 7. num. 14.* Amed. à Pont. *in tract. qui feuda dare poss. num. 128.* Mozzius *de diuision. feud. num. 30.* ¶ Quia solus 10. Rex potest erigere feudum nobile: Franc. de Amic. *in repetit. tit. qui feud. dare poss. in §. explanatis. num. 3. fol. 319.* ¶ Et feuda ab alio quàm à Rege concessa non 11. sunt nobilia, neque nobilitant. Camil. de Curt. *in diuers. iur. feud. part. 1. num. 2. & 3.* vbi ita iudicatum refert. ¶ Præterea feudum duobus modis nobile dici 12. potest; aut quia nobilem inuenit seu recipit, aut quia nobilem facit: Bald. *in cap. inter dilectos. de fide instrument. Schneideuuein de feud. in prælud. part. 1. numer. 33.* ergo quamuis homagium præstitum fuerit pro feudis nobilibus, nihil ex eo inferitur ad iurisdictionem: quia aliunde nobilia dici possunt, quàm ratione iurisdictionis: nempe quia nobiles illa receperunt; & feuda nobiles non fecerunt, sed inueniunt.

Et ex his cum non fuisset edoctum feudum esse iurisdictionale, & possessor haberet titulos legitimos, ex quibus clarè constabat sibi super illo competere iurisdictionem; frustra ad iuris præsumptionem recurrebatur: ¶ quia licet de iure qui feudum obtinet, aut concedit, præsumatur obtinere vel concedere iurisdictionem; Menoch. *lib. 3. præsumpt. 97. num. 48.* Boër. *decis. 50. num. 11.* Mantic. *de tacit. conuent. lib.*

- lib. 4. tit. 14. num. 8. & sequentib. Nenoch. *consul.* 98.
14. num. 35. & 36. † Præsertim quando agitur de ventura, & alia dispositione inter priuatos; Menoch. *dicta* num. 48. post Bart. *in l. inter eos. ff. de acquir. rer. domin.* Rosental. *de feud. cap. 5. quæst. 7. in glos. A. in fine.* Mantic. *dicto* tit. 14. num. 11. *versic. & hæc quidem sententia.* Roland. *consil.* 42. num. 17. & 22. lib. 2. Mastrill. *de magistr. lib. 4. cap. 16. num. 32. & 33.*
15. Tamen hæc præsumptio contrariis probationibus eneruabatur; & certum est præsumptionem cedere veritati: & recognitio facta Regi de qua supra actum est potius sonabat in recognitionem ratione dominij directi, & censuum ac canonum emphyteuticorum: Nam vt bene aduertit Loyseau *des petits Seigneurs, cap. 10. num. 44.* fieri debet differentia inter dominium publicum quod consistit in iurisdictione, & iustitia reddenda, & dominium directum quod est priuatum: † sicut sub huius æquiuoci fauore, illi qui habent dominium directum domorum alicuius Castri, quod ipsi censum debet, se vocant Dominos illius Castri: cum tamen verum dominium publicum spectet ad eum cui competit iurisdictione. Vnde stante possessione antiquissima, & titulis sufficientibus in contrarium productis, non erat sufficiens dicta recognitio ad probandum dominium iurisdictionale; sed solum dominium directum.
17. His suppositis, emptor dicti Castri egit contra venditorem vt sibi de euictione teneretur; non solum quia vendendo Castrum censetur & vendidisse iurisdictionem, quæ tamen illi non competebar, sed tertio; vt supra ostensum fuit: verum etiam quia in venditione, expressa iurisdictionis mentio facta fuerat per verba valde generalia: vnde merum & mixtum imperium venditum censebatur, quod tamen ad alium spectabat. Couar. *præct. quæst. cap. 1. num. 10. in decima conclus. versic. qua ratione.* † Et quando Castrum venditur tanquam quid vniuersale cum sua iurisdictione, iuribus, pertinentiis, & hominibus seu subditis, omnia continentur; etiam ipsa iurisdictione: quidquid aliud sit quando Castrum venditur tanquam res particularis. Cancr. *lib. 3. variar. resol. cap. 13. de iurib. Castror. num. 30. & 31.* Mantic. *de tacit. conuent. lib. 4. tit. 14. num. 11.* & non solum vendita
18. fuerunt dominia directa, & canones emphyteutici; † sed etiam ipsum dominium iurisdictionale: vnde in venditione omnia comprehensa censentur, quæ emptor venire credidit, & quæ sub verborum significatione continentur. Mantic. *de tacit. conuent. lib. 4. tit. 9. num. 9.*
20. Neque obstat quod dicebatur, non fuisse venditum simpliciter Castrum, sed cum suis iurisdictionibus; quæ verba intelligenda sunt de iurisdictionibus quatenus concedenti, seu venditori competant: & ideo non esse locum euictioni: ex tradit. per Tusch. *in verb. feudum. conclus. 173. num. 30. & 174. num. 32.* Mantic. *de tacit. conuent. lib. 23. tit. 6. num. 11. & 20.*
21. Quia magna est differentia inter concessionem Principis, de qua loquuntur DD. ex aduerso citati, & venditionem factam per priuatum. In hac enim statibus illis verbis & cum sua iurisdictione, censetur vendita iurisdictione, quæ in dubio ipsi Castro seu feudo cohæret: & hanc differentiam inter concessionem Principis, & venditionem factam inter priuatos refert Mastril. *in tract. de Magistr. dicto* lib. 4. cap. 16. num. 32. & 33. & cum homines & subditi venditi fuerint; non est dubitandum quin iurisdictione comprehensa censeatur. † Nam homo meus dicitur ille, qui mihi præstat seruitium & fidelitatem. † Licet enim homines & subditi non sint proprie serui, sed ingenui; tamen remanent sub aliqua specie seruitutis, &

debet subuentionem domino, & sunt subieus iurisdictione. Iacobin. *de homagio, num. 20. & sequentib.* vbi dicit non esse hominem meum nisi ratione homagij: quia nomen subditi & hominis denotat subiectionem, fidelitatem & iurisdictionem. Gaill. *de arrest. Imperij, cap. 7. per totum* & colligitur ex cap. unic. *de forma fidelitatis.* † Quia homagium & fidelitas quæ præstatu. à subditis est adstrictio seruitutis liberi hominis, & in continet plusquam dominium emphyteuticum quod respicit bona; cum tamen homagium respiciat etiam personas.

Et per consequens cum vendita fuisset iurisdictione, quæ tamen ad alium pertinebat; non erat dubitandum quin emptori daretur actio pro euictione aduersus venditorem tam ex dispositione iuris, quam in vim clausularum in instrumeto venditionis contentarum.



C A P V T. LXXXV.

In quibus casibus legatum, vel substitutio pupillaris comprehendatur in fideicommissio vniuersali, & quæ sit differentia. Vtrum substitutus per compendiosam admittatur ex vulgari, vel fideicommissaria substitutione: & vtrum detur electio substituto: Et quid in casu dubio: Et quando substitutio ad certa bona restricta, possit valere tanquam pupillaris: Et quas quartas detrahere possit substitutus vulgaris, vel pupillaris: Et vtrum in casum detractionis Trebellianicæ, fructus per substitutum impotentur in quartam.

S V M M A R I V M.

- 1 Dictionis &, qua sit vis, circa inclusionem prælegati in fideicommissio, quando institutio facta fuit cum clausula in aliis autem bonis, substitutio verò illi iuncta est per copulam.
- 2 Prælegatum non continetur in fideicommissio vniuersali, quando institutio facta fuit cum clausula in aliis autem bonis.
- 3 In dubio prælegatum factum coniuncta persona, non continetur in fideicommissio, vt illa minus graueur.
- 4 Si testator declarauerit se velle vt prælegatarius de bonis prælegatis ad libitum disponeret; prælegatum erit extra fideicommissum.
- 5 Quamuis pupillaris substitutio extendatur ad omnia bona pupilli, tamen in casibus in quibus eximitur à fideicommissio, non continetur quoque in substitutione pupillari facta in hereditate.
- 6 Si testator voluit vt substitutus in prælegato illud integrè haberet, non comprehenditur in fideicommissio vniuersali.
- 7 Idem si dictum fuerit vt illud haberet sine diminutione, vel plenè, aut pleno iure.
- 8 Prælegatum heredi à se ipso factum non valet; quia idem non potest esse agens, & patiens.
- 9 Legatum præceptionis non restituitur cum hereditate.
- 10 Prælegatum iure institutionis factum eiusdem est nature,

- natura, cuius institutio vniuersalis, & venit cum hereditate restituendum.*
11. *Legatum vni ex cohæredibus factum, restitui debet vnâ cum fideicommissio vniuersali pro^{ta} portione hereditaria.*
 12. *Non debere fieri differentiam quoad restitutionem prælegati; siue vnus, siue plures sint instituti hæredes.*
 13. *Marta Peregrinus in hac materia, contrarietatis arguit.*
 14. *Defenditur Peregrinus ab impugnationibus Marta.*
 15. *Hæres non potest quidem à seipso legatum accipere, quamdiu est hæres; sed tamen adueniente casu restitutionis hereditatis, potest legatum sibi factum retinere.*
 16. *Legatum à seipso factum nullum esse; & ideo tractu temporis conualescere non posse: sed vide num. sequenti.*
 17. *Legatum hæredi à se ipso factum non est omnino nullum, sed eius effectus differtur in tempus quo non erit hæres, nempe restitutionis hereditatis faciendæ substituto.*
 18. *Legatum præceptionis dicitur, dum quis vnâ re præceptâ, residuum restituere debet.*
 19. *Quamuis per aditionem inducatur confusio, tamen illud non procedit in damnum aduentis: quia non impedit quin adueniente casu restitutionis, hæres sua iura & prælegata detrahat.*
 20. *Senatus Tholosanus iudicauit pro inclusione prælegati in fideicommissio, propter alias circumstantias omnino diuersas.*
 21. *Verba testamenti, & coniectura voluntatis maxime attendende sunt in illa questione inclusionis prælegatorum, vel eorum exclusionis à fideicommissio.*
 22. *Quando substitutio facta fuit per viam compendiosa, sicut prælegatum non continetur in vulgari in ea comprehensa, ita nec in fideicommissaria.*
 23. *In vulgari prælegatum non comprehenditur, si hæres institutus repudauerit; secus si mortuus fuerit ante testatorem, vel ante conditionis euentum: nam illo casu, continetur prælegatum in vulgari substitutione.*
 24. *In dubio concludendum est prælegatum non contineri in fideicommissio, ut hæres minus grauetur.*
 25. *Refertur arrestum Senatus Gratianopolitani, quo fuit declaratum prælegatum non comprehendi in fideicommissio vniuersali, fundatum in rationibus supra deductis.*
- L**egatum Dixi in fideicommissio vniuersali non contineri: quia factio legato cum onere substitutionis, testator eundem legatarium, post interpositam longam orationis seriem, in aliis bonis suis instituerat: & ipsi morienti sine liberis alios suos liberos substituerat: vnde cum institutio vniuersalis tanquam facta cum clausula *in aliis bonis*, excluderet legatum ipsi hæredi in pupillari ætate constituto factum; † ita & substitutio annexa institutioni, eisdemque coniuncta per copulâ [&] excluderet substitutionem factam in legato à restitutione vniuersalis fideicommissi: quamuis clausula *in aliis bonis*, apposta in institutione, non esset repetita in substitutione; idque propter naturam illius copulæ, & quæ omnia repetit. *l. final ibi, & coniuncta scriptura. ff. de rebus dubiis*, Neufan. *consil. 72. numer. 14.* Menoch. *con-*
- sil. 106. numer. 29.* Rota, *in recent. decis. 143. num. 5. part. 1.* Peregr. *de fideicom. artic. 7. numer. 48.* vbi dicit sequentem substitutionem fideicommissariam immediatè copulatam post institutionem, videri factam in eisdem bonis in quibus facta fuit institutio, Theaur. *iun. lib. 1. quæst. forens. 17. numer. 14.* vbi dicit clausulam *in aliis bonis* appositam in institutione propter naturam copulæ censerè repetitam in substitutione: & ideo nec prælegatū in substitutione contineri, nisi concurrentibus aliis cōiecturis; † cum natura illius clausulæ *in aliis bonis* ea sit, vt excludat prælegatum à fideicommissio vniuersali. Peregr. *dict. artic. 7. numer. 44.* Theaur. *dict. cap. 17. numer. 14.* Fufar. *de substit. quæst. 650. numer. 24.* Sicut è conuerso, quando institutio facta fuit sine illa clausula, inde oritur præsumptio quòd prælegatum contineatur in fideicommissio. Peregr. *consil. 52. num. 4. volum. 4.*
- Sicuti in dubio prælegatum factum coniunctæ personæ non censetur comprehensum in fideicommissio, vt illa minus grauetur. Peregr. *de fideicom. artic. 7. numer. 15.* quanquam hæc ratio non omninò concludat, quando substituti sunt personæ æquè dilectæ. Fufar. *d. quæst. 650. n. 14. & consil. 82. numer. 1. versic. & ad quæstionem.* Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 7. num. 11.*
- Similiter non comprehenduntur legata in fideicommissio, quando testator expressè voluit vt legatarius de illis bonis ad libitum disponere posset. Peregr. *dict. numer. 14.* Fufar. *dicta quæst. 650. num. 45.* & Menoch. *lib. 4. præsumpt. 154. numer. 19.* Intrigliol. *de substit. centur. 3. quæst. 74. numer. 145.* & 146. apud quos materia prælegati in fideicommissio includendi copiosius tractatur. † Sed in casu proposito substitutio adiecta legato dicitur substitutio particularis, sicut & ipsum prælegatum: & in casibus in quibus prælegatum non continetur in restitutione fideicommissi, non continebitur etiam in eo substitutio pupillaris. Peregr. *de fideicom. artic. 8. numer. 37.* Fufar. *quæst. 655. num. 12.*
- Et cessate videbatur omninò inclusio in fideicommissio, ex eo quòd testator voluit vt substitutus legatum integrè haberet. Peregr. *dict. artic. 7. num. 14.* Intrigliol. *centur. 3. quæst. 74. num. 148.* † Idem dicendum, si testator vsus fuerit clausula *sine diminutione.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 194. num. 21.* cui æquipollet clausula *Integrè.* Peregr. *artic. 3. num. 90.* Menoch. *consil. 918. num. 3.* æquiualeat etiam dictioni *plenè, seu pleno iure* cuius ea vis est vt prælegatum excludat à substitutione vniuersali. Menoch. *dict. præsumpt. 184. num. 20.* Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 7. num. 12. in fine.*
- Præterea ad legatum ipsemet hæres vniuersalis vocabatur, quod de iure subsistere non potest, cum ipsi hæredi à se ipso legari non possit. *l. legatum est delibatio. §. hæredi. ff. de legat. 1.* cum similibus. † Quo casu legatum capitur ab hærede iure præceptionis, & habet illud veluti præcipuum, nec cum fideicommissio restituere tenetur. Peregr. *dict. artic. 7. num. 11.* & 16. Boër. *decis. 280. num. 7.* Surd. *consil. 205. num. 9.* & sequentibus. Honded. *consil. 62. num. 23. volum. 2.* Fufar. *de substit. quæst. 650. num. 9.* & *consil. 44. in fin. versic. ad vltimum.* & *consil. 81. num. 12.*
- Sed contra hanc rationem dubium oritur ex eo, quòd legatum iure institutionis factum eiusdem est naturæ cum fideicommissio vniuersali, & cum tota hereditate restituendum est. Fufar. *dict. quæst. 650. num. 88.* Menoch. *consil. 884. num. 15. versic. quarto comprobatur.* & *lib. 4. præsumpt. 194. num. 50.*
- Immò DD. dicunt quòd quando factum est prælegatum vni ex cohæredibus, illud restituendum est cum

- gatum vni ex cohæredibus , illud restituendum est cum fideicommissio vniuersali pro portione hereditaria , pro qua portione non potest valere tanquam legatum ; sed capitur iure hereditario , & per consequens eodem modo restituitur quo ipsa hereditas fideicommissio grauata. Fufar. *d. quæst. 650. numer. 66.* Peregr. *d. artic. 7. numer. 53.* cum pluribus apud eos
12. citatis. † Nulla autem videtur differentie ratio inter vnicum hæredem , cui factum est prælegatum , vt totum restituat , & cum tota hereditate prælegatum ; & inter plures hæredes , vt pro portione hereditaria legatum in restitutionem fideicommissi veniat : † Vnde Marta , *in tract. de succession. legali part. 4. quæst. 21. artic. 11. num. 33.* arguit Peregr. & alios contrarietatis , & aduersus Peregr. sentire videtur Cyriac. *co. trouers. 204. num. 113.*
 13. Sed non obstantibus istis impugnationibus , non existimo recedendum à sententia Peregrini , qui quando loquitur de eodem casu , sibi nullo modo contrarius est , si attentè legatur : ipse enim existimat dum verba testamenti sunt indefinita (iuxta casum de quo loquitur ipse Peregr. *num. 34.*) quòd vbi legatarius est solus hæres , de necessitate si prælegatum non restituitur , totum retinetur. Cum verò cohæredes habet , eadem (inquit) videtur ratio : quia à fideicommissio prælegatum fuit exceptum. Hæres igitur dato sibi cohærede , † donec est hæres cum effectu portionem suam iure legati habere non potest : Veniente autem casu restitutionis , illam à residui restitutione separare potest. Idem Peregr. *num. 52. in fin. & num. 20.*
 16. Nec bona est ratio Cyriac. *d. controuers. 204. numer. 113.* quòd sicut ab initio à seipso quis legatum consequi non potest ; ita & legatum illud quod nullum est , tractu temporis non conualefcit. *l. quod ab initio. 29. & l. que ab initio. 209. ff. de reg. iur.*
 17. Quia non est verum quòd legatum sit ab initio nullum ; quinimo est validum , sed eius effectus differtur ad tempus restitutionis hereditatis : sicut si hæres grauatus , esset aliunde creditor hereditatis , aut haberet detractiones ex ipsomet testamento faciendas ; † veluti legatum præceptionis , quod clarè testator excepisset à restitutione fideicommissi : quia illud habetur veluti titulo particulari. §. *si quis vna. Institut. de fideicommiss. hereditat.* sanè illas detractiones à seipso facere non posset : cum actio & passio non possint stare in eodem subiecto ; sed adueniente casu restitutionis , detractioni sine dubio locus esset : quia non detraheret hæres contra se , sed contra substitutum. Itaque licèt prælegatum à seipso factum sibi ipsi , non valeat quoad hoc , vt quis sibi ipsi obligetur ; valet tamen quoad alios effectus , & operatur vt id quod ita legatur , maneat penes hæredem , & conseruetur in euentum in quem ipse non sit amplius hæres : vt post Soccin. iun. *consil. 8. à numer. 26. volum. 3. & in repetit. leg in quartam. ff. ad leg. falcid.* notat Ioseph. Ramonius , *consil. 67. numer. 13.* † Subdens quòd licèt per additionem hereditatis iura confundantur , illud in effectu non procedit in damnum aduentis ; sed tunc dicitur extinguì ius per quamdam imaginariam solutionem , quæ non impedit quominus hæres quod sibi soluisse videtur , retineat adueniente casu restitutionis : & in hanc Peregrini & aliorum sententiam eo tantò faciliùs , quòd videam eundem etiam fuisse sensum Rotæ Romanæ , *in recent. decis. 418. numer. 5.* † Quamuis ego aliàs in contraria fuisset sententia consulens super testamento Illustrissimi & Excellentissimi Do-


mini Francisci de la Baume Comitis Suzæ , iuxta quod consilium fuit indicatum Tholosæ : sed in illo casu alia multa concurrebant , quæ in proposito non verificabantur , & verba grauamini referrebantur tam ad hæredis institutionem , quàm ad prælegata. † Et in his quæstionibus maximè attendenda sunt verba testamenti , & coniecturæ voluntatis testatoris : vt dicunt omnes , & maximè Burat. *decis. 168. & ibi Additio.*

Præmissis accedebat alia ratio , propter quam prælegatum in fideicommissio contineri non poterat : quia substitutio vniuersalis facta fuerat per viam compendiosæ , in qua sciunt omnes contineri vulgarem , & fideicommissariam ; quamlibet in suo casu. Vnde sicut prælegatum non continetur in substitutione vulgari , si hæres repudiasset : *l. Sextilian. ff. de legat. 3.* Peregr. *de fideicommiss. d. artic. 7. numer. 5.* Fufar. *quæst. 69. numer. 1.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 195. numer. 1.* Pariter non continebitur in fideicommissaria : vt eadem sit vtriusque determinatio ; per *l. iam hoc iure. ff. de vulg.* Ita arguunt Peregr. *d. articul. 7. numer. 16. & 47. & consil. 44. numer. 10. lib. 3.* Fufar. *consil. 44. numer. 11.*

Dixi si hæres repudiasset ; quia si hæres cui prælegatum à se ipso factum est , decesserit ante restatorem , vel ante existentiam conditionis ; portio illa remanet in globo hereditatis : vt dicit Peregr. *dicto artic. 7. num. 5.*

Quod copiosius explicat distinguendo casus Cyriac. *controuers. 352. num. 12. & sequentib.* ad quem dum casus occurreret recurrendum erit. † Et in omnem euentum , casu quo negotium esset dubium , concludendum esset pro hærede , vt ex vniuersali fideicommissio legatum detrahere posset. Peregr. *d. artic. 7. n. 22. & consil. 44. num. 5. lib. 3.* Fufar. *dicta quæst. 650. numer. 26. & 131.*

Et secundum hæc scripta pro Nobili & Illustriss. Domino Francisco de Damians , Domino loci du Vernegues , fuit iudicatum in suprema Curia Parlamenti Gratianopolitani , ex delegatione Regis Christianissimi , pro quo ego scripseram 18. Iunii 1635. his verbis : *La Cour, &c. Ordonne que le legat de 6000. liures dont est question sera deduit au profit dudit François de Damians , des biens du fideicommiss dont s'agit, avec interest , dès le temps que la restitution des fruicts a esté adingée à Noble Louys de Damians , que fust du 9. Octobre 1614. despens de l'instance compensez.* Monsieur du Pilhou Rapporteur.



CAPVT LXXXVI.

Emphyteusis ex quibus dicatur , vel feudum : Et vtrum dicatur ex pacto & prouidentia ; an verò ad hæredes extraneos possit transfiri , si concessio facta fuerit *pro te , & tuis heredibus , & successoribus quibuscumque , tam masculis quàm feminis : aut pro te , filiis , & heredibus , ac successoribus quibuscumque vtriusque sexus.*

S V M M A R I V M.

1. Concessio potius est emphyteutica quàm feudalis , si Princeps concedens emphyteusim nominauerit.

2. Si in concessione Princeps nullum sibi seruitium personale reseruauerit, sed canonem in pecunia; potius est emphyteusis, quàm feudum.
3. Concessio facta cum clausula adinstar feudorum rusticorum, potius sonat in emphyteusim.
4. Bona ex concessione emphyteutica restitutioni obnoxia possunt alienari pro dote.
5. Feuda quando non sunt hereditaria, non possunt pro dote alienari.
6. Quamuis cum qualitate emphyteutica concurrat fideicommissum paternum, bona restitutioni obnoxia alienari possunt pro dote.
7. Ampliatur ut procedat, etiamsi in concessione dictum fuisset quòd fœmina non succederent stantibus masculis.
8. In dubio emphyteusis, vel feudum, potius hereditaria sunt iudicanda.
9. Clausula pro hæredibus quibuscumque, reddit emphyteusim, vel feudum merè hereditarium.
18. Etiamsi feudum sit mixtum; tamen ad illud nemo admittitur nisi sit hæres.
11. Ut quis admittatur ad emphyteusim hereditariam, vel mixtam, non sufficit esse hæredè habitum, sed requiritur quòd talis sit actu.
12. Qui vult admitti ad feudum hereditarium, teneur soluere debita ultimi possessoris cui successit uti hæres.
13. Sine agatur de feudo hereditario, siue mixto, hæres quamuis confecerit inuentarium tenetur approbare factum defuncti.
14. Feudum ex quibus dicitur hereditarium: & num. sequentib.
15. In emphyteusi Ecclesiastica stipulata pro successoribus quibuscumque, admittuntur hæredes etiam extranei.
16. Vxor admitti potest ad feudum, quod est hereditarium.
17. Si concessio facta fuerit cum clausulis perpetuitatem denotantibus, præsumitur facta iure hereditario.
18. Si concessio fuerit cum clausula ita quòd quandiu extabunt masculi, fœminæ non succedant, vel si dictum fuerit pro te, & successoribus quibuscumque tam masculis quàm fœminis; vtrum illud deroget naturæ feudi hereditarij.
19. Clausula & quibus dederis; ostendit feudum vel emphyteusim esse hereditariam.
20. Verba illa tam masculis quàm fœminis, etiam hæredibus extraneis adaptari possunt.
21. Disputatum fuit à nonnullis, vtrum fœmina capaces essent succedendi in feudo merè hereditario; quamuis illas succedere posse verius sit.
22. Concessio feudi facta pro masculis quibuscumque; non solum descendentes, sed quoslibet extraneos comprehendit.
23. Si feudum alicui concessum fuerit pro se, & descendentibus, tam masculis quàm fœminis, ita quòd stantibus masculis fœminæ non succedant; non ideo minus feudum est hereditarium.
24. Quando concessio feudi facta fuit alicui pro se, filiis, & hæredibus quibuscumque vtriusque sexus; feudum est hereditarium, & transitorium ad quoscumque hæredes etiam extraneos.
25. Feudum Domino de Agonto concessum pro se, ac suis hæredibus vtriusque sexus ex suo corpore natis, vel nascituris, & successo-

ribus quibuscumque; esse hereditarium consuluit Bertrandus.

26. Dicitur quibuscumque, in casibus supradictis censetur apposita ampliatiuè, ut aliquid operentur verba.

27. In istis tamen casibus consultius esse, ut obrianeatur si fieri posset ampliatio seu declaratio à Principe concedente.

Felicis recordationis Clemens Papa. VII. concesserat cuidam Nobili Castrum in emphyteusim perpetuam pro se, suisque hæredibus, & in perpetuum successoribus, pro annuo canone, seu censu & responsione sex scutorum auri Solis: qui Nobilis dictum Castrum alteri vendidit, dictaque venditio à felicis recordat. Paulo III. fuit ad maiorem cautelâ approbata in fauorem emptoris, pro se, suisque hæredibus, & successoribus masculis; & canon auctus fuit ad octo aureos.

Denique Pius IV. præmissa omnia confirmauit in fauorem emptorum, & hæredum, & successorum quorumcûq; ipsorum; & vltius concessit ut etiam filia & fœminæ in dicto Castro, & feudo, in defectum tamen masculorum succedant: & ipse emptor de eo in quos voluerit hæredes & successores huiusmodi pro suo libito & mera voluntate disponere valeat; nullusque ex hæredibus & successoribus prædictis in eo absque eius voluntate succedere possit; eidemque ius Regaliorum concessit, pro se, suisque hæredibus & successoribus quibuscumque, tam masculis quàm fœminis.

Dubitatum fuit vtrum feudum illud siue Castrum esset alienabile in extraneos, & posset à creditoribus de pignore capi.

Dixi concessionem illam esse transitoriam ad quoscumque etiam extraneos: quia dicta concessio potius emphyteusis quàm feudum censi debet; quia summus Pontifex illam emphyteusim nominauit: † & ideo concessio talis præsumitur, qualis à concedente fuit nominata. Mant. de tacit. comment. lib. 22. tit. 8. num. 1. Rosental. de feud. cap. 2. conclus. 63. num. 1. & sequentib. Gratian. discept. forens. cap. 460. num. 47. & 49.

Et id maximè quia summus Pontifex in tali concessione nullum sibi seruitium personale reseruauit, sed pensio in pecuniâ constituta fuit; quo casu contractus magis accedit ad emphyteuticum, quàm ad feudalem. Marescot. lib. 1. variar. resol. cap. 63. num. 5. & 6. Valasc. de iur. emphyt. quest. 39. num. 5. Et in effectu, in dicta concessione non vocatur feudum, sed instar feudi: † immò dum dicitur adinstar feudorum rusticorum, potius infertur emphyteusis, quàm feudum. Mart. de claus. part. 2. claus. 48. num. 3.

Quo sic præsupposito, sequitur Castrum illud cum sua iurisdictione & pertinentiis, saltem pro restitutione dotis, potuisse alienari in fauorem vxoris illius ultimi possessoris, qui erat descendens emptoris inuestiti: quia Authen. res que. Cod. comm. de legat. locum habet etiam in bonis emphyteuticis. Peregr. de fideicom. artic. 42. num. 63. Menoch. lib. 4. præsumpt. 189. num. 164. † Quamuis regulariter aliud dicendum sit de feudis, quando non sunt hereditaria, aut non sunt redacta adinstar patrimonialium: sic intelligo tradita per Monet. & alios ab ipso allegatos in tract. de commut. vlt. volunt. cap. 9. num. 218.

Quod procedit etiam si vltra qualitatem emphyteusos, concurrat etiam fideicommissum paternum. Menoch. dicta præsumpt. 189. num. 165. dicens quòd quando emphyteusis peruenit ad mulierem ex causa dotis, ipsa potest de ea ad libitum disponere.

7. Et quamuis in dictis concessionibus caueatur, quòd dicta emphyteusis non transeat ad fœminas nisi in defectum masculorum; hoc non obstat quin sit locus dispositioni dictæ *Aurhen. res que.* quia ad hoc sufficit quòd fœminæ non sint in totum exclusæ: vt ostendit Odd. *in tract. de fideicom. ex prohibitione alienat. resultantibus, quæst. 42. numer. 29. & 54.* Idque etiam si agatur de emphyteusi Ecclesiastica. Idem loc. citat. num. 61.
8. Sed vt omnis tollatur difficultas, hoc fundamentum statuendum est; quòd dicta emphyteusis seu feudum fiat merè hæreditarium; tũ quia potius in dubio præsumendum est hæreditarium, quàm ex pacto & prouidentia. Gratian. *discept. 451. n. 17.* † Tum etiam propter clausulam *pro hæredibus, & successoribus quibuscumque*, quæ infert qualitatem hæreditariam in feudo. Idem Gratian. *discept. 351. n. 1. & 2.*
9. Et casu quo non esset absolutè hæreditarium, sed mixtum; semper qui in eo succedere deberet, excludetur si non esset hæres. Gratian. *discept. 456. n. 26.* † Et non solum debet esse hæres habitu, seu quòd per eum non stet quin sit hæres; vt voluerunt aliqui DD. sed oportet etiam quòd sit hæres actu vltimi possessoris, quamuis agatur de feudo mixto. Capriol. *in tract. de success. ab interest. in proteor. n. 67.* Et hæc est communis opinio: vt etiã testatur Menoch. *consil. 464. n. 31.* & multos allegat Theaur. iun. *lib. 1. qu. forens. 12. n. 30.* licet ipsa aliter sentiat contra comunè opinionem.
10. Hinc sequitur, quòd quicumque volet admitti ad hoc feudum, tenebitur soluere debita vltimo loco defuncti, cui successit tanquã hæres. Mantica. *de tacit. conuent. lib. 23. tit. 9. n. 16.* Franck. *decis. 704. per tot.*
11. Et hoc quia hæres tenetur ratum habere factum defuncti, illudque impugnare non potest, siue agatur de feudo absolutè hæreditario, siue de feudo mixto; & siue hæres confecerit inventarium, siue non. Capriol. *vbi sup. num. 72. 73. & 74.* Gratian. *discept. cap. 511. num. 17. & 18.*
12. Cũ tamen feudum de quo agitur sit absolutè & propriè hæreditarium, propter clausulam facientem mentionem de successoribus quibuscumque; vt præter iam citatos tenuit Rota apud Seraph. *decis. 188. n. 2. & in recent. decis. 280. n. 2. part. 1.* Rosental. *de feud. cap. 2. conclus. 35. n. 4.* Gratian. *decis. 351.* † Idque etiam si agatur de emphyteusi Ecclesiastica, in qua veniunt etiam in dicto casu hæres extranei. Gratian. *ibidem. n. 14.* Clar. *in §. emphyteusis. quæst. 28. n. 9. & quæst. 83. n. 1.* Mart. *de claus. 45. n. 3. & 46. n. 2.*
13. *part. 2. † & vxor in tali feudo seu emphyteusi admitti potest.* Mart. *dict. claus. 45. n. 3.*
14. Arguitur quoque emphyteusis seu feudum hæreditariũ ex dictionibus, quæ perpetuitatem denotant: vt quia dictum fuit, *concedimus in emphyteusim perpetuam.* Rota *decis. 280. n. 2. part. 1. recent.* Seraph. *decis. 868. num. 3.*
15. Oritur tamen difficultas considerabilis ex illis verbis: *ita quòd stantibus masculis, fœmine non succedant.* Et ex restrictione successorum quorumcumque ad masculos & fœminas; per quas clausulas videtur concessio de solis descendentibus, & hæredibus sanguinis intelligenda. Sed respondetur verba illa in dicta concessione apposita non stare restrictiuè, sed ampliatiuè; vt patet ex illis verbis *infeudationis, & vltimus, &c.* Item ex illis, *extendimus & ampliamus;* & quod *in quos volueritis hæreses & successores huiusmodi pro vestro libito & voluntate disponere valeatis;* ex quibus feudũ reddi hæreditariũ testatur Rosent. neminem discrepare dicentem, *in tract. de feudis, c. 2. concl. 36. n. 1. † ad instar ver-*


borũ & quibus dederis; quæ feudum constituunt hæreditarium: vt reprobato Menochio sibi contrario docet Marta, *de claus. part. 2. claus. 58. n. 5. & sequentibus.*

Conferunt etiam verba illa *pro vestro libito, & mera voluntate disponere valeatis:* ex traditis per omnes DD. supra citatos.

Verba autem illa *tam masculis quàm fœminis*, non solum ad hæreses sanguinis, sed etiam ad extraneos & successores quoscumque referenda sunt, † tanquam apposita ad tollendam illam controuersiam, quã aliqui DD. excitarunt, vtrũ fœminæ admitti debeant ad feudum merè hæreditarium, quos tamen reprobatur Rosent. *de feud. cap. 2. conclus. 37. n. 4. & in glos. D. Menoch. consil. 1155. n. 46.*

Vnde concessio feudi facta pro masculis quibuscumque, intelligitur etiã de extraneis. Mantica. *de tacit. conuent. lib. 22. tit. 19. n. 23.* propter vim illius dictionis *quibuscumque.* † Et eadẽ ratione, si feudum alicui concessum fuerit pro se & descendentibus masculis & fœminis, ita quòd stantibus masculis fœminæ non succedant; non ex eo dicendum est esse feudum ex prouidentia, sed efficitur hæreditarium: quidquid in contrariũ dixerit Decius, *consil. 395. n. 6.* quia veritas est quòd ex illis verbis non fit feudũ ex pacto & prouidentia, sed hæreditariũ manet: ex Deciano, *consil. 24. n. 68. & 69. volum. 1.* quem sequitur Mantica. *de tacit. conuent. lib. 23. tit. 3. n. 41.*

Et præcisè in casu isto quando concessio feudi facta fuit *pro se, filiis, & hæredibus quibuscumque viriusque sexus*, feudum esse merè hæreditariũ & transitorium ad quoscumque hæreses, etiam extraneos; tradit Monachus. *de rector. feudor. interpret. cap. 38. n. 26.* Steph. Bertrand. *consil. 182. volum. 5.* † vbi dicit feudũ Domino de Agonto concessum, ac suis hæredibus vtriusque sexus ex suo corpore natis, vel nascituris, & successoribus quibuscumque transire ad extraneos; † propter vim dictionis illius *quibuscumque*, quam dicit *ibidem, n. 3. in fine.* esse appositam ampliatiuè: & quòd si dispositio non referretur etiam ad hæres extraneos, clausulæ illæ remaneret sine effectu operandi. † Atque ita ego Consului; licet pro maiori corroboratione veritatis crediderim bonum esse si obtineretur à summo Pontifice declaratio super hoc; provt factum fuit: vt constat ex Pontificio diplomate quod postea mihi fuit exhibitum.



C A P V T. LXXXVII.

Ex quibus verbis testator censeatur legatario reliquisse vsumfructum mobilium, aut aliarum rerum legatarum: Et vtrũ hærede decedente ante legatarium, legatum temporale finito tempore limitato deueniat ad hæreses & successores ipsius hæredis instituti. Et an iure successionis vtĩ succedentes legatario; an verò iure proprio vtĩ repræsentantes hæredem institutum, & sic iure consolidationis.

S V M M A R I V M.

1. Si quis relinquat alteri fundum ad vtendum; proprietatem fundi, & non vsumfructum relinquere censeatur.

- 2 *Legatum fundi ad illo fruendum transmissibile est ad hæredes.*
- 3 *Quando ususfructus mentio dispositioni accessorie, & per modum causæ relictus est; proprietas legata videtur.*
- 4 *Fallit si dictum fuerit, quòd res legata erat ad fruendum ipsà tempore vitæ legatarij; tunc enim solus ususfructus in legato continetur.*
- 5 *Legatum factum ad fruendum tempore vitæ, non continet proprietatem ad tempus vitæ restrictam.*
- 6 *In dicto legato non succedunt legatarij hæredes, sed res deuoluitur ad substitutos, vel ad institutos.*
- 7 *Si in vno legato detur facultas disponendi ad libitum, in alio vero ad tempus vitæ, multò fortius legatum hoc ad solum ususfructum restringendum est.*
- 8 *Quid & quantum in legato comprehendatur; ex qualitate, & indigentia legatarij arguitur.*
- 9 *Ex facultate alienandi legatario concessa; non ususfructus, sed proprietas legata censetur.*
- 10 *Quamuis testator legatarium mobilium exemerit à præstatione cautionis; non tamen ideo proprietatem reliquisse videtur.*
- 11 *Onus iniunctum legatario restituendi mobilia post mortem suam in statu in quo reperientur, non arguit proprietatem illi fuisse relictam.*
- 12 *Bona in locum alienatorum subrogata veniunt in restitutione fideicommissi.*
- 13 *Datur medium inter restituere bona in statu in quo reperientur, & non restituere.*
- 14 *Loco mobilium consumptorum restituitur illorum æstimatio.*
- 15 *Argumentum à contrario sensu nunquam sumitur ad correctionem alterius partis testamenti.*
- 16 *Si clarè ususfructus fuerit relictus, non potest desumi coniectura contraria ex alijs partibus testamenti, cum nemo seipsum statim corrigere velle censendus sit.*
- 17 *Si hæres præmortuus fuerit legatario, non est locus transmissioni legati in fauorem hæredis prædefuncti, si testator post obitum legatarij iniunxerit onus restituendi hæredi, inspectà solum personà illius, & per verba personalia.*
- 18 *Hoc procedit quando persona hæredis non fuit apposita demonstratiuè, sed taxatiuè: in dubio autem demonstratiuè adiecta videtur.*
- 19 *Testator eandem censetur habere affectionem erga hæredem, & illius liberos.*
- 20 *Quando legatum temporale alicui relictum fuit, finito illo tempore deuoluitur ad hæredem, vel illius successores; non tanquam ius habentes à legatario, sed iure proprio, nempe iure consolidationis propter temporalitatem legati.*

EX clausula legati propositi, conclusum fuit vasa argentea in illo designata pertinere ad successores hæredis, stante morte legatarij; & substitutione, quâ dictus legatarius in testamento grauatus reperiebatur.

Supponendo imprimis ex verbis & mente testatrix constare non quidem proprietatem, sed solum ususfructum fuisse legatum, dum testatrix vasa & mobilia argentea vnà cum ornamento vnus lecti

hyemalis, & alterius æstiuæ, duasque pendentium peristromatum series illi legauit, *pour du tout en iouyr, & s'en seruir sa vie durant.* † Quia licet dum testator fundum vel aliud quiddam relinquit ad vtendum, proprietatem relinquere videatur; quia verba illa *ad vtendum*, non restringunt naturam legati præcedentis. l. *donationes* 31. §. *species.* & *ibi glos. in verb. puella.* & Bart. *sub num. 1.* Angel. & Cuman. *sub num. 4. ff. de donat. & in l. species. 16.* & *ibi Bart. ff. de aur. & argent. legat. l. libertis. 4. in princip. ff. de aliment. & cibarij. legat. & ibi Bart. num. 3. & 6. Rota decis. 537. sub num. 1. part. 2. recent.* † Et ideo hoc casu legatum est transmissibile ad hæredes legatarij: vt dicunt Glos. & Doctores supra allegati; & plures citat Cyriac. *controuers. 145. num. 57.* † Et generale est quòd quando testator accessorie mentionem facit de usufructu, proprietas relictæ censeatur; cum dispositio ipsa proprietatem contineat, usufructus verò vel fruitio adiecta fuerit tantum per modum causæ. Bald. *in l. Titio. 35. §. final. versic. quarit Glos. & versic. & nota.* Imol. *ibidem, in versic. sed certè.* & Castrenf. *num. 2. ff. de legat. 2.* Socin. *sen. consil. 102. num. 10. volum. 3.* Capol. *de seruit. urban. præd. cap. 4. num. 5.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 133. num. 11.* Mantica. *de coniect. lib. 9. tit. 2. num. 29. & tit. 5. num. 13.*


Tamen regula illa stantibus verbis testamenti locum habere non potest; cum non simpliciter prædicta suppellectilia relictæ fuerint ad fruendum, sed ad illis fruendum & vtendum tempore vitæ legatarij: qua restrictione stante; non proprietas, sed solus usufructus legatus censetur: quia verbum *gaudere* restrictum ad tempus vitæ legatarij, solum ususfructum importat: quicquid in contrarium voluerit Peregrius, qui existimauit hoc casu proprietatem legatam censi, restrictam tamen ad tempus vitæ: vt ipse notauit *consil. 59. num. 5. & 6. volum. 1.* † Nam contrarium verius est nempe per illa verba solum ususfructum in legato contineri: & hæc est communis sententià à qua non esse recedendum tenuit Rota Romana, in causa Dominorum de Tertullis, apud Burat. *decis. 257. num. 5. & part. 7. recent. decis. 195. numer. 3.* post Menoch. *lib. 4. præsumpt. 133. num. 12.* qui ab hac opinione recedendum non esse contendit; quamuis Castrenf. & alij contrarium teneant: & *consil. 352. num. 18. & 19.* † vbi clarè Menochius ostendit legatum esse solum ususfructum non transmissibilem ad hæredes: eiusdemque sententiæ fuit Picus, *in l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberes, num. 12. & 13. ff. de legat. 2.* & communem asserit Grass. *in §. legatum. quest. 38. num. 3. versic. aduerte tamen.* & quòd post mortem legatarij bona legata hoc casu deuolui debent ad hæredem institutum, vel substitutum, non autem ad hæredes legatarij, tradit Cauallcan. *de usufruct. num. 79.*

Quod maximè comprobatur ex verbis alterius legati distincti facti eidem legatario, in quo datur illi facultas de hoc posteriori legato disponendi ad libitum; quod non fuit factum in primo legato ad vitam restricto: ex qua diuersa loquendi forma colligitur voluntas testatoris: ad tradita per Ludouic. *decis. 372. num. 3.* & vna pars testamenti, aliam declarat. Menoch. *lib. 4. præsumpt. 134. num. 8. & 9.*

Præsertim quia qualitas legatarij satis intentionem testatrix declarabat cum ipse esset religiosus, & Eques Melitenfis, & per consequens incapax legati proprietatis: nec haberet facultatem testandi; & sic magis illi conueniebat legatum usufructus, quam proprietatis: vnde usufructus solus relictus censetur, tanquam magis proportionatus illius conditioni. Menoch. *dicta*

- presumpt.* 134. num. 3. & nominatim de religioso Gratian. *discept. forens. cap.* 138. num. 18.
9. Neque obstat si dicatur quòd testatrix dederat facultatem huic legatario alienandi dicta mobilia in priori legato designata; quo casu non ususfructus, sed proprietates relictæ censetur. Castil. *de usufruct. cap.* 30. num. 49. Gratian. *discept. cap.* 216. num. 7. 8. & 9. vbi reprobatur Gabriel. contrarium tenentem.
10. Quia Responderetur negando quòd testatrix alienandi licentiam concesserit: dum enim illam concedere voluit in aliis diuersis legatis, dedit legatario facultatem de illis disponendi ad libitum, absque eo quòd teneatur ad aliquam restitutionem, quouis & quocumque tempore: sed in legato, de quo agitur nihil tale dixit; immò potius omnino restitutionem fieri voluit ipsi hæredi, vel substitutis; quamuis legatarium exemerit à præstatione cautionis: quæ verba satis ostendunt non fuisse datam alienandi licentiam in hoc legato, sed solum ususfructum fuisse relictum: vt post Ruyn. *consil.* 165. num. 1. lib. 3. notauit Menoch. *dicta presumpt.* 134. num. 16.
11. Nec ex eo quòd testatrix dictis mobilibus existentibus in statu, & in potestate legatarij tempore obitus ipsius, mandauerit illa restitui in statu in quo reperientur; aliquid inferri potest ex quo alienandi facultas illi data fuerit. Nam inter restituere in statu in quo reperientur, & non restituere, datur medium; nempe restituere æstimationem illorum, vel restituere alia mobilia eiusdem valoris, seu etiam restituere alia vasa argentea, quæ forsan per legatarium fuissent confecta, & in aliorum locum subrogata: iuxta tradita per Peregr. *consil.* 35. numer. 8. lib. 3.
12. † vbi dicit bona subrogata in locum alienatorum,
13. venire in restitutionem fideicommissi. † Sicut datur medium inter sedere, & ambulare, nempe stare: Item datur medium inter noctem, & diem; nempe aurora, vel crepusculum; & ideo hoc casu non valet argumentum à contrario sensu; veluti si quis diceret, non est dies; ergo est nox: vel Titius non sedet; ergo ambulat. Similiter inter hæredis institutionem, & exhæredationem, datur medium; nempe præteritio: propterea non valet illa consequentia, Titius non est hæres institutus; ergo est exhæredatus; ergo eadem ratione non valet consequentia testatrix in casum non alienationis voluit mobilia restitui in statu in quo reperientur; ergo in casum alienationis voluit non restitui. † Quia vt dictum est datur medium, nempe restitutio æstimationis mobilium consumptorum: & hanc solutionem bene explicat Mantica. *de coniect. lib.* 4. tit. 3. num. 37. & 38. in additione.
14. Præterea argumentum à contrario sensu nunquam sumitur ad correctionem alterius partis testamenti; cum testator non videatur se voluisse incontinenti corrigere. Mantica. *de coniect. lib.* 3. tit. 17. num. 14. &
15. lib. 12. tit. 1. numer. 3. † Cum ergo testatrix expressè solum ususfructum reliquerit, vt iam dictum est; non potest ex sequenti clausula, inferri argumentum à contrario sensu ad derogationem claræ voluntatis in testamento expressæ: Burat. *decis.* 863. num. 14. 15. & 16.
16. Denique non obstat quòd hæres præmortuus fuerit legatario: & sic videatur non esse locum transmissioni; cum testatrix respectum habuerit ad personam hæredis, non ad ius hæreditarium; dum dixit restitutionem legati fieri à l'heritier apres nomme.
17. Quia non obstantibus illis verbis legatum temporale vsusfructus deuenire debet ad illos, ad quos deuoluitur hæreditas. Cephal. *consil.* 158. num. 29. Si qui-

dem persona hæredis hoc casu demonstratiuè tantum appolita censetur. Mantica. *decis.* 19. n. 4. † Cum par sit ratio, & par affectio erga hæredem nominatum, & eius liberos. Fufar. *de substitit. quest.* 343. numer. 16. † Idque iure consolidationis propter temporalitatem legati. Cephal. *dict. consil.* 158. num. 57. versic. nec obstat. Bellon. *de iur. accresc. cap.* 7. quest. 19. n. 138. Ludouic. *decis.* 398. n. 8. & 9. Martius Medices, *decis.* 4. n. 14. 18. & seqq. & fusè Bellon. *de iur. accresc. dict. cap.* 7. quest. 19. in primo, & 2. casu.



CAPVT LXXXVIII.

Paries quando & ex quibus præsumatur proprius, vel communis: Et quando est communis; vtrum pro diuiso, vel pro indiuiso. Vtrum in muro communi vicinus aperire possit fenestram respicientem in domum alienam: & è conuerso vtrum possit quis altiùs eleuare, vel ædificare obscurando fenestras vicini. Quando, & quibus concurrentibus quis possit ædificare super muro communi, illumque altiùs attollere inuito & renuente vicino.

S V M M A R I V M.

1. Paries præsumitur communis, si adsint signa communionis: proprius verò, si adsint signa proprietatis.
2. Qui plura habet signa domini, dicitur dominus muri: si verò plura sint signa communionis, paries dicitur communis.
3. Proprietatis muri signum est, habere fenestram ex parte sua penetrantem totam muri spissitudinem.
4. Latrina intra muri crassitiem sine muro contraposto, indicant proprietatem muri.
5. Tigna immissa per totam spissitudinem, & scala innixa muro, signa sunt proprietatis.
6. Fenestrella totum murum non penetrans, non arguit dominium parietis.
7. Murus continuatus sub eadem forma; si meus sit ex vna parte, præsumitur etiam meus per totam extensionem continuatam.
8. Qui est dominus partis muri, præsumitur dominus totius: & qui est in possessione partis, manutenendus est in toto muro.
9. Paries fornicatus muro vicini innixus, proprietatem arguit muri.
10. Immò potius præsumitur innixus iure seruitutis.
11. Aquarium quod clandestinè fieri potuit, non probat proprietatem parietis.
12. Paries inter duas domos, in dubio communis præsumitur.
13. In dubio communio parietis præsumitur pro diuiso: & quid sit esse communem pro diuiso, vel pro indiuiso.
14. Paries non dicitur communis pro diuiso, quando vnus ex vicinis perforat, & eo vititur ultra medietatem.
15. Quando murus est communis pro diuiso, quilibet ex vicinis potest illum aperire vsque ad medietatem a latere suo.
16. Si murus sit communis pro indiuiso, non potest fieri in eo fenestra inuito vicino.

- 17 Ille cuius murus proprius est, potest in eo fenestram aperire super aream vicini.
- 18 Fallit si fiat ad amulationem: & quando ita fieri dicatur.
- 19 Vicinus non potest petere obturari fenestras à vicino factas in suo muro proprio.
- 20 Si murus sit communis potest edificari obturando lumina vicini, nisi id fiat ad amulationem.
- 21 Edificans super muro communi, tenetur soluere medietatem expensarum factarum in constructione muri.
- 22 In re communi melior est conditio prohibentis, quando quis non utitur ad usum destinatum.
- 23 Si paries sit destinatus ad edificandum, potest altius tolli inuito socio.
- 24 Quomodo probetur murum esse destinatum ad edificandum.
- 25 In dubio non præsumitur edificium fieri ad amulationem.
- 26 In muro communi pro indiuiso, non potest edificari; si per tale edificium obscurantur fenestra domus vicini.
- 27 Ampliatur ut procedat, etiam si is qui vult edificare paratus esset soluere medietatem pretij muri.
- 28 Ex quibus colligatur parietem non esse destinatum ad altius eleuandum.
- 29 Tectum parieti superimpositum, ostendit illum non esse destinatum ad altius eleuandum; secus est si tectum sit parieti tantum coherens.
- 30 Quilibet potest in solo proprio edificare, etiam cum incommodo vicini, nisi constituta sit seruitus altius non eleuandi.
- 31 Ampliatur hoc procedere, quamuis per tale edificium claudatur fenestra vicini; nisi constituta fuerit seruitus altius non tollendi.
- 32 Relicto spatio duorum pedum iuxta vicini domum edificari potest.
- 33 Duo pedes an mensurandi sint à pariete, vel à loco ubi cadit stillicidium.
- 34 Quando paries est communis pro diuiso, vicinus potest illum proprium facere soluendo medietatem pretij constructionis.
- 35 Intellige, dummodo murus possit ferre onus superimpositum: nam si debilitaretur, edificans contra potest ad subleuandum pondus.
- 36 Quando murus est communis pro indiuiso, non potest altius tolli in præiudicium vicini, cuius lumina obscurantur.
- 37 Quando murus est limitatus per cornicem, vel coronam, vel per tectum superimpositum; non potest super eo edificari.
- 38 Lapides proiectiui destinati ad colligandum nouum murum, ostendunt illum posse incrassari, non autem attolli.

INter duos vicinos inuicem magna cum animi intentione litigantes, de quatuor dubitatum fuit. Primò vtrùm murus intermedius esset communis, an verò proprius actoris. Secundò, vtrùm esset communis pro diuiso, vel indiuiso. Tertiò, vtrùm actor in illo muro, posset facere fenestram respicientem super aream vicini. Quartò, vtrùm casu quo actor posset aperire fenestram in illo muro, reus posset contra talem murum edificare, & sic fenestram illam obturare.

1. Ad primum caput Responsum fuit regulam gene-

ralem esse; quò si extent signa communionis, paries præsumitur communis: si verò extent signa proprietatis, præsumitur proprius: ita concludunt vnanimiter DD. & inter cæteros Menoch. lib. 6. præsumpt. 73. num. 2. Mascard. de probat. conclus. 1144. alias 1149. num. 1.

Et qui plura habet signa dominij, ille dicitur dominus muri, si adsint signa hinc inde: sicut è contra, præsumitur communis; quando plura adsint signa communionis. Thefaur. decis. 219. num. 4.

Proprietatis signa pro actore multa proponebantur: & primò, quia ipse habebat fenestram in superiori parte domus penetrantem totum murum ex parte suæ domus, quod est signum proprietatis: teste Cepol. de seruit. urban. prædior. cap. 40. num. 3. versic. item per fenestras. & consil. 35. num. 6. cum pluribus allegatis per Menoch. libr. 6. dicta præsumpt. 73. num. 10. Thefaur. dicta decis. 219. numero primo. Tusch. liter. M. conclus. 432. num. 5. Gratian. discept. cap. 273. num. 1.

Secundò ex parte dicti actoris aderant latrinæ, tam in superiori, quàm inferiori parte parietis constructæ, etiam intra muri crassitiem absque aliquo muro contrapósito; vulgò *contremur*: quod indicat proprietatem muri: Quia si murus non fuisset proprius, non potuisset actor in eo facere sedem, seu fenestram latrinarum, multòque minus foueam ipsarum, per quam murus debilis redditur ob continuum humorem & fœtorem: vt declarat Bertrand. consil. 5. volum. 4. Menoch. loco citato, numer. 13. † Idemque probatur ex tignis immixtis per totam spissitudinem parietis, & scalis eidem muro innixis: ex traditis per Cepol. dicto cap. 40. & alios Doctores supra citatos.

Non tamen potest fieri fundamentum in quadam fenestella, seu paruo foramine in pariete relicto, totum murum non penetrante. Quia potuit fieri clandestinè, ignorante vicino. Menoch. consil. 1237. num. 41. & dicta præsumpt. 73. num. 12. in fine. Tusch. dicta conclus. 432. num. 6. liter. M.


Aderat tamen aliud signum notorium proprietatis, ex eo quòd cum murus ille contineatur ex vtraque parte ultra aream rei, & eodem tempore, ac ex eadem materia constructus appareat; & in aliis partibus eiusdem muri adsint portæ & fenestræ actoris totum murum perforantes, aliæque indubitata proprietatis indicia; rectè ex eo inferitur ad dominium residui muri: ne vna & eadem res diuerso iure censeatur. Menoch. dicta præsumpt. 73. num. 19. Gratian. discept. 263. n. 2. † & qui est in possessione certæ partis muri, mediantibus portis, fenestris, & similibus: debet in possessione totius manuteneri, cum sit vnicus murus. Gratian. discept. 425. num. 38. Postius de manut. obseruat. 73. num. 70. & sine dubio actor intentans possessorium, fundatus erat in illo iudicio stantibus prædictis.

Ad secundum quæsitum Responsum fuit illud esse superfluum; cum ex supradictis sufficienter appareat de iure actoris non solum in possessorio, sed etiam in petitorio: nam reus duo tantum signa proprietatis proponebat, eaque valde debilia; videlicet parietem fornicatum, muro actoris innixum: quod fieri non potest regulariter nisi iure dominij, vel seruitutis. Thefaur. iur. lib. 2. quæst. forens. 89. † Immo potius iure seruitutis: ideo non probat communionem muri, cum contraria sint habere aliquid iure seruitutis, & iure dominij. Thefaur. decis. 219. num. 5. & decis. 23. num. 3.

Proponebatur etiam adesse in muro rei aquarium, quod construi potuit clandestinè; cum non potuerit videri

- videri ab actore dum construebatur, nec dum reus ipso utebatur: & sic eadem militat ratio quam supra de fenestella adduximus.
12. Verùm, posito quòd murus esset communis, qualis regulariter præsumitur quilibet paries inter duas domos ædificatus, nisi constet de contrario per legitimas probationes, vel præsumptiones. *l. arbor. ff. commun. diuidund. Honded. consil. 80. n. 19. volum. 2.*
13. † Tamen si in genere illum constet esse communem, in dubio præsumendum est communem potius esse pro diuiso, id est, ut quilibet vsque ad medietatem parietis à latere propriæ domus existentem dominium prætereendere possit, quam pro indiuiso, id est, ut quilibet ex duobus vicinis, in solidum super toto muro, & qualibet eius parte, totaque illius spissitudine proprietatem obtineat. *Gabriel. consil. 149. num. 3. volum. 1. post Corneum. consil. 90. volum. 2.*
14. Sed in facti serie proposita, potius dicendus est paries communis pro indiuiso, quam pro diuiso: nunquam enim dicitur paries comunis pro diuiso, quando vnus ex vicinis perforat & penetrat totum murum, & eo vitur ultra medietatem à latere suo existentem. *Gabriel. dicto consil. 149. numer. 1. Honded. dicto consil. 80. numer. 29. volum. 1.*
15. Ad tertium dubium Respondetur; quòd si murus esset communis pro diuiso, quilibet ex vicinis posset facere fenestram, quatenus protenditur medietas spissitudinis parietis à latere suæ domus. *Cepol. c. 62. numer. 4. versic. secus si esset pro diuiso. Thefaur. decis. 41. num. 21.*
16. Si verò murus esset communis pro indiuiso, non posset in eo fieri fenestra inuito vicino: ex *Surd. consil. 387. per totum. Thefaur. decis. 41. maximè num. 15. Menoch. dicto consil. 1237. num. 14. Bursat. consil. 111. numer. 3. Paris. consil. 63. numer. 3. volum. 1.* Quia in re communi melior est conditio prohibentis. *Cyriac. controuers. 460. num. 1. & sequentib. & 28. n. 16. Felic. de societ. cap. 27. num. 26. & cap. 28. num. 24.*
17. Sed si murus proprius sit actoris, licitum illi est fenestram aperire super aream vicini; ex communi DD. sententia in *l. altius. Cod. de seruit. & aqua. Cepol. de seruit. tit. de fenestra, tit. 62. num. 1. & decidit Rota reuocando decisionem Burat. 631. ut notat Rubeus in singularib. ex decisionibus Rota Romana, fol. 518. Additio ad Burat. dicta decis. 631. numer. 28. Additio ad Afflictum, decis. 225. num. 1. Carpan. ad statuta Mediol. cap. 333. num. 11.*
18. Quod verum est nisi vicinus volens fenestram aperire, id faciat ad æmulationem; videlicet quando ipse nullam aut modicam percipit vtilitatem: veluti dum aliundè lumen habere potest: si enim commodum ex tali fenestræ apertura percipiat; tunc cessat æmulatio. *Honded. dicto consil. 80. n. 34. & 35. volum. 1. Laurent. de Pinu, consil. 164. n. 3. Berrrand. consil. 333. per totum, volum. 3. part. 1. vbi dat formam articulandi super æmulationem.*
19. Ad vltimum quæsitum Respondetur, quòd si murus est proprius actoris, non potest reus petere ut illius fenestræ obturentur. *Surd. consil. 126. num. 1. & sequentibus*: † si verò murus sit communis, licebit fenestras vicini obturare ædificando, nisi id fiat ad æmulationem: *Honded. loc. citat. Caualcant. part. 2. decis. 9. de contract. num. 14. Riminald. Iun. consil. 443. per totum Tusch. litera, E. conclus. 37. per tot. Bursat. consil. 111. numer. 1. volum. 1. Paris. consil. 63. numer. 1. & sequentib. volum. 1.* † Tenebitur tamen ædificans super muro communi, soluere medietatem expensarum fabricæ dicti muri. *Cost. de ratione rata, quæst. 50. num. 1.*
20. Et licet in re communi melior sit conditio prohibentis; tamen hoc intelligitur quando quis non vult vri re communi ad vltimum destinatum: † ideo si paries sit destinatus ad ædificandum, licitum est illum altius tollere inuito socio. *Thefaur. dicta decis. 23. numer. 1. & decis. 41. numer. 1. qui etiam numer. 24. † ostendit quomodo probetur murum esse destinatum ad ædificandum, & quis hoc probare teneatur: intelligendo tamen semper, ut ædificium fiat sine æmulatione. Mascard. conclus. 920. † In dubio tamen non præsumitur æmulatio. Gail. obseruat. 69. num. 17. lib. 2. Gratian. discept. 745. num. 37. & 40. & decis. 752. num. 92.*
21. Sed quæritur vtrum in pariete communi pro indiuiso, socius possit ædificare inuito socio, cui parietis eleuatio potest esse damnosa; veluti si per talem eleuationem obturentur fenestræ domus vicini? Respondetur non posse: *Menoch. dicto consil. 1237. à num. 20. vsque ad 25. & num. 32. versic. praterea admissio. & num. 41. versic. & admissio. citra veri præiudicium. Vbi † dicit hoc intelligendum esse, etiamsi vicinus vellet soluere pretium partis muri: & num. 45. versic. nec potest. Cyriac. controuers. 460. num. 10. & controuers. 28. num. 16. 17. 18. & 31. Corneus, consil. 78. in fine, volum. 4.*
22. Quod maximè procedit si agatur de pariete, qui non est destinatus ad altius eleuandum; veluti si sit paries coronatus, aut alia similia ad sint signa; vel si tectum sit super illo pariete impositum. *Corn. d. consil. 28. n. 1. versic. in casu autem nostro. volum. 4. Thefaur. decis. 41. n. 24. versic. vel si tectum haber. Menoch. dicto consil. 1237. num. 27.*
23. Neque obstat decisio *Duran. 450. n. 5. & 6.* Quia loquitur de tecto coherentem muro communi, nos autem loquimur de tecto superimposito ipsi muro: nata tectum cohærens non impedit quin murus sit destinatus ad eleuandum, secus quando tectum est ipsi muro superimpositum.
24. Cæterum pro intellectu materiæ diuersi casus sunt considerandi. Primus est, quando quis vult ædificare in solo, & fundo proprio; & hoc casu licitum est cuilibet ad suam vtilitatem ædificare, dummodo hoc non faciat ad æmulationem vicini; quamuis ex eo in consequentiam vicinus aliquod damnum patiatur: per text. in *l. altius. Cod. de seruit. & aqua. Duran. dict. decis. 450. numer. 1. † Vbi dicit hoc habere locum quamuis per tale ædificium claudatur fenestra vicini; nisi constituta fuerit seruitus altius non tollendi: † Et generale est, ut quilibet possit relicto duorum pedum spatio, iuxta vicini domum ædificare: ex *leg. finali. ff. finium regund. † Qui duo pedes mensurandi sunt à loco vbi cadit stillicidium: iuxta tradita per Cepol. de seruitur. urban. prædior. cap. 28. in 8. quæst. quamuis dictos duos pedes à pariete mensurandos esse, & non à loco vbi cadit stillicidium dixerit Dominus Ludouicus Bellus, consil. 100. numer. 2.**
25. Secundus casus est, quando quis vult ædificare in muro qui communis est pro diuiso: & hoc casu vicinus totum parietem sibi communem facere potest, mediante solutione pretij illius partis superioris muri adhuc non communis; nempe supra tectum. *Thefaur. decis. 41. numer. 7. versic. sed huic & decis. 219. sub num. 5. versic. istis sic in facto. Cost. de rat. quæst. 50. num. 1. & sequentib. Quod † intelligendum est dummodo murus sit talis, qui possit onus ædificij superimpositi sustinere: nam si paries communis ob ædificium supra factum debilitaretur posset cogi ædificans ad subleuandum pondus: ut dicit *Rebuff. consil. 156. num. 3.**

36. Tertius casus est, quando agitur de muro communi pro indiuiso, & tunc eleuari non potest in præiudicium vicini, cuius lumina obscurantur: vt superius ex Cyriaco; & aliis ostensum fuit. Et hanc magis esse receptam Doctorem sententiam probat Menoch. *consil.* 1237. *numer.* 48. vbi ita iudicatum testatur: & *numer.* 49. vbi reprobatur Iasonem contrarium sententiam *consil.* 98. *lib.* 1. contra quem dicit consuluisset Riminaldum seniore.
37. Et quando murus est limitatus per tectum superimpositum (non dico cohærens) vel per cornicem, vel coronam; certum est superædificari non posse; vt ex Thesaurio, Corneo & Menochio supra ostensum fuit.
- Et ex his explicantur iura & Doctores volentes super muro communi posse ædificari inuito socio: quia intelliguntur in pariete communi pro diuiso, non autem in eo qui communis est pro indiuiso.
38. Non obstat prædictis, quod in muro de cuius eleuatione tractabatur adessent lapides proiectitij, qui videntur destinati ad colligandum nouum murum. Quia lapides illi arguunt posse murum incrassari, non autem attolli; cum respiciant partem lateralem, non superiorem. Honded. *consil.* 80. *n.* 33. *versic. præterea.* *volum.* 1. & de eadem laterali ædificatione, loquitur Corneus, *consil.* 90. *num.* 14. *versic. & ita tenendum.* *volum.* 2.



CAPVT LXXXIX.

In primogenituris vtrum frater secundogenitus, mortuo fratre primogenito, succedat exclusis filiis masculis fratris primogeniti. Quid si instituens primogenituram vocauit masculos primogenitos, & illorum descendentes. Vtrum, & ex quibus testator habuerit respectum potius ad prærogatiuam ætatis, quam primogenituræ. Quid dicendum, si testator vocauerit proximiores, vel superstitites.

S V M M A R I V M.

1. In magna controuersia successionis in primogenituris inter patruum & nepotem, præualuit hodie pro nepote contra patruum sententia.
2. Nepos admittitur excluso patruo in omnibus dispositionibus testamentariis: & ita iudicatur in Rota, & in pluribus aliis supremis Tribunalibus.
3. Primogenitus statim vbi natus est, acquisiuit ius primogenituræ, & in eius persona ius est formatum tam pro ipso, quam pro omnibus eius descendentes.
4. In primogenituris quatuor consideranda sunt; nempe linea, gradus sexus & ætas.
5. Gradus sunt in linea, & linea ex gradibus causantur: scala verò ex diuersis gradibus componitur.
6. Gradus non considerantur nisi inter eos, qui sunt eiusdem lineæ.
7. Quando aliquis superest ex linea primogenitorum, omnes alij ex linea secundogenitorum excluduntur.
8. Quæstio inter patruum & nepotem fuit aliàs decisa in fauorem nepotis in hac ciuitate Auenionensi per Regem Robertum, cum assistentia duorum Cardinalium.
9. Si testator primos filios masculos vocauerit, & eorum descendentes in infinitum; nepotes absque difficultate patruis præferendi sunt.
10. Vocato minore natu, si testator ulterius processerit, & vocauerit filios & descendentes illius, sublato minore natu, eius liberi ceteris sunt præferendi.
11. Quando tota linea est vocata, quando aliquis superest ex ipsa, non fit transitus ad aliam lineam.
12. Quando testator habuit respectum ad solam ætatis prærogatiuam, patruus præferendus est nepoti; cum sit ætate maior.
13. Representatio cessat, quando testator ad solam ætatis prærogatiuam respexit; quia ætas representari non potest.
14. In primogenitura non attenditur ætatis prærogatiua; secus est in maioratu.
15. Ordo designatus in primogenitura per illa verba proximiores antiquioribus præferendo, intelligendus est inter primogenitos eiusdem lineæ, quales non sunt patruus & nepos.
16. Tunc dicitur habitus fuisse respectus ad solam ætatis prærogatiuam, quando testator simpliciter vocauerit maiorem natu ex aliquo genere, & habitum consideratione certi gradus, & lineæ, veluti primogenitorum.
17. Quando maioratus insitutus est respectu certæ lineæ filij maioris; tunc solus primogenitus cuiuslibet gradus illius lineæ admittendus est ad primogenituram.
18. Dicitio superstitites non nocet filiis primogeniti: quia intelligenda est respectu descendentes ex primogenito, & inter ipsos, quando durat linea primogeniti.
19. Dicitio proximiores non nocet nepotibus in primogenitura: quia nepos proximior est eo modo quo pater ipse; cum in eius locum subintret non solum per representationem, sed etiam ex proprio capite.
20. In quæstione inter patruum & nepotem, in dubio iudicandum est pro possessore.
21. Amplia vt hoc multo magis procedat, si possessio fuerit acquisita factò, vel renunciatione patris.

Primogenitus admittus fuerat ex dispositione testatoris ad fideicommissum; cum duos masculos suscepisset, primogenitus huius primogeniti mortuus est relicto masculo filio suo, nec non patruo, qui erat filius primi primogeniti.

Dubitatum fuit vtrum mortuo filio primogeniti admittendus esset eius frater; an verò filius, idemque dicti fratris nepos.

Pro filio seu nepote aduersus patruum Respondi. Ratio est, quia licet admodum controuersa sit quæstio prærogatiuæ nepotis, erga patruum, in fideicommissariis successibus: & plurimi DD. pro patruo; alij verò pro nepote secundum casus contingentiam consuluerint, aut deciderint: † Præualuit tamen opinio pro nepote contra patruum; & in supremis tribunalibus magis communiter admissa fuit, & hodie recipitur in primogenituris Gallicis, Hispanicis, Italicis, & vbiq; gentium: & pro hac sententia tanquam

- quam magis communiter recepta. 45. DD. citat & sequitur Menoch. *consil.* 1082. *numer.* 20. Communem etiam testatur Mich. de Acquirre *de succession. Regni Portugal. part.* 2. *num.* 113. vbi recenset 36. DD. in fauorem nepotum, pro quibus communem esse Doctorum sententiam testatur. Idem tenet Cyriac. *lib.* 3. *cap.* 314. *num.* 15. Franc. Leo *decis. Valent.* 109. *per* 101. & ita seruatur in Rota Romana, *decis.* 495. *part.* 4. diuers. † Vbi dicitur hanc opinionem in dispositionibus testamentariis esse communiter receptam, & in omnibus Regnis & Prouinciis ita seruari: Et in Gallia ita respondit Charond. *lib.* 3. *cap.* 86. & plures alij quos citat Barry *de succession. lib.* 8. *tit. de substitut. fideicommiss. cap.* 7. *quib. fideicommiss. reliet. intellig. num.* 57.
3. Et ratio est, quia filius primogenitus, statim vbi natus fuit, acquisiuit ius primogenituræ radicatum quod transit ad liberos, qui cum patre sunt vna caro, vna vtriusque vox, & alter alterius pars: adeo vt potius ex iure proprio nepos patris locum subintret, quam ex iure repræsentationis: & mortuo patre, filius eius primogenitus tanquam existens de linea primogenitorum patruum excludat, qui respectu illius lineæ est collateralis: † Cùm in primogenituris lineam rectam sequi oporteat, quæ statim fuit admittenda ad ius formatum vbi pater primogenitus natus est. Quatuor enim in huiusmodi primogenituris gradatim consideranda sunt: primò linea, secundò gradus, tertio sexus, quartò ætas: vt dicit de Ponte; *in tractat. de potestate Proreg. tit.* 9. *de succession. mulier. num.* 30. & 42. & *in addit. fol.* 159. *Castill. lib.* 3. *controuers. c.* 19. *num.* 327. † gradus enim sunt in linea, & lineæ ex gradibus causantur, & linea est quædam veluti scala, in qua sunt diuersi gradus: & ideo qui sunt ex vna linea primogenitorum; donec extant, præferendi sunt omnibus, qui sunt ex linea secundogenitorum: † neque gradus considerantur nisi inter eos qui sunt eiusdem lineæ: vt etiam voluit Molina, *de primog. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 30. vbi benè ostendit, † quòd quandiu aliquis superest ex linea primogenitorum, omnes alij ex linea secundogenitorum excluduntur. *Cancer. lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 21. *de transmiss. num.* 297. & 299. *Gratian. discept. forens. cap.* 456. *num.* 43. *Ioseph. Ramon. consil.* 100. *num.* 487. *Cyriac. lib.* 3. *controuers. §* 43. *num.* 14. & *controuers. 23. num.* 4. super qua possent
8. infiniti DD. allegari; sed isti sufficient, † hoc adiecto quòd in præsentì Ciuitate Auenionensi quæstio ista aliàs in fauorem nepotis fuit decisa contra patruum per Regem Robertum, assistentibus duobus Cardinalibus, vt testatur Viuius, *decis.* 502. *num.* 6. *lib.* 3. *part.* 2. Franc. Leo, *dicta decis.* 109. *num.* 13.
9. Porro in casu de quo agebatur cessabat dubitatio cùm testator non solum primos filios masculos vocauerit; sed etiam eorum descendentes ex primogenitis masculis fuerint expressè vocati: quo casu DD. vnanimi consensu dicunt nepotes esse omninò fundatos aduersùs patruum: vt post longam disputationem concludit Thesaur. iun. *lib.* 1. *quæst. forens.* 35. *num.* 23. *in fine*, & *num.* 15. *versic. nisi dicamus.* Quòd & voluit Rota Romana, *decis.* 912. *part.* 3. *lib.* 3. & *decis.* 209. *part.* 2. *diuers.* vbi concluditur † quòd vocato minore natu, si testator vltèriùs processerit, & vocauerit filios & descendentes illius; minore natu sublato, eius liberi cæteris præferuntur; † cùm tota linea fuerit vocata: & quamdiu aliquis superest ex ipsa, non fit transitus ad aliam lineam: *cap. 1. de natur. succession. feudi*, & ibi communiter DD. sicut enim si successisset filius, eius linea in totum & in infinitum esset inclusa; per *Castren. consil.* 164. *lib.* 2. ita etiam linea descendentiũ ab ipso in infinitum inclusa fuit:

vt dicitur in *decis.* Rotæ Romanæ, 395. *ante fin. part.* 4. *diuers.* Fufar. *de substitut. quæst.* 387. *num.* 52. & 53.

Neque prædictæ veritati nocebat, quòd testator in præcedenti testamenti parte, non ad solam primogeniti qualitatem respectum habuerit; sed etiam ad ætatem & gradus proximitatem; neque ad tempus natiuitatis liberorum, quo tempore nascitur & formatur primogenitura; sed ad tempus mortis vltimi possessoris: primogenitura enim est qualitas habens actum momentaneum, & statim acquiritur cùm quis natus est, sed proximitas habet tractum successiuum, & variabilem, & non acquiritur nisi tempore mortis vltimi possessoris: & ideo videretur concludendum in fauorem patruum, qui viuens tempore mortis fratris sui vltimi possessoris est proximior, & antiquior, & superstes. *Cancer. lib.* 3. *resol. cap.* 21. *n.* 305. † Quia in ætate non cadit repræsentatio. Fufar. plures allegans, *consil.* 39. *num.* 28. *Peregr. consil.* 17. *numer.* 14. *volum.* 6. *Marta consil.* 13. *num.* 16. *Thesaur. iun. lib.* 1. *cap.* 35. *num.* 45. *Peregr. decis.* 114.

Nam pro dicti dubij resolutione notandum est, magnam esse differentiam inter primogenituram, & maioratum: si enim simpliciter testator primogenitum vocauit, seruanda est prærogatiua primogenituræ, non ætatis: † & ordo designatus per illa verba *proximiores remotioribus præferendo*, intelligendus est inter primogenitos eiusdem lineæ, quales non sunt patruus & nepos, & sola qualitas ætatis non est attendenda, nisi quatenus ille qui successurus est, esset maior, vel minor natu, de linea primogeniti: & ideo maior natu secundæ lineæ excluditur à minori natu primæ lineæ: quia alioquin non seruaretur forma primogenituræ, nec linea primogeniti excluderet lineam secundogeniti: quod est contra voluntatem testatoris: & ita explicat Anton. de Amat. *variar. resolut. cap.* 1. *num.* 27. 28. & *sequentib.* *Cancer. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 300. & *sequentib.* & *num.* 304. † Vbi dicit tunc habitum fuisse respectum ad solam ætatis prærogatiuam, quando testator non respectu certi gradus, sed simpliciter vocauit maiorem natu ex aliquo genere.


Sed si institutus fuerit tantum maioratus, quod fit cùm vocatus est maior natu simpliciter; tunc sola prærogatiua ætatis sufficit. Quod idem non est, quando vocatus est maior natu ex recta linea filij maioris; nam tunc non censetur vocatus maior natu ex quolibet gradu: quod fieret si simpliciter & non respectu rectæ lineæ testator prærogatiuam ætatis considerasset; sed admittendus est primogenitus cuiuscumque gradus eiusdem lineæ rectæ primogenitorum: & hanc differentiam agnouit *Peregr. consil.* 39. *n.* 18. *versic. secundo principaliter: volum.* 1.

Non obstat etiam vox illa *superstites*; Quia sic intelligenda est, vt singula singulis referantur, & quòd in bonis succedat primogenitus si superstit; aliàs, eo mortuo, ipsius primogeniti descendentes, donec linea illius sit finita: vt explicat Rota, *dicta decis.* 395. *num.* 3. *part.* 4. *diuers.*

Verbum quoque *proximiores*, nepotibus non nocet: quia nepos proximior est eo modo quo pater ipsius defunctus proximior erat; filius enim eundem patris locum subintrat, & vt non solum per repræsentationem, sed etiam ex proprio capite admittatur: vt benè inter cæteros explicat *Castill. lib.* 2. *controuers. cap.* 20. *num.* 13. & *sequentibus.*

Et quia hæc quæstio est de apicibus iuris, ad fortificandum ius nepotis, Dixi melius esse quòd ipsi procurarent, viuo Auo sibi fieri restitutionem fideicommissi, ad hoc vt possessionem bonorum obtinere possent. † Cùm in dubio in hac materia pro possessore iudican

iudicandum sit : vt dicit Thesaur. iun. dicta quest. 35. num. 43. † Multoque magis si talis possessio acquisita fuerit facto, vel renunciacione patrai : vt copiose idem Thesaur. ostendit lib. 1. quest. 34. per tot. Supradictis rationibus patruus renunciauit in fauorem nepotum, promissâ sibi annuâ pensione vita durante.



CAPVT XC.

Solutio momentanea, quando pecuniæ demonstrationis tantum causâ fuerunt exhibitæ, an & quomodo sit valida; & quæ probanda sint ab eo qui talem solutionem impugnat. Quitancia facta contemplatione literarum quas debitor ad alium scripsit, quando & ex quibus habeat vim solutionis. Quæ sit differentia inter exceptionem non numeratæ pecuniæ competentem debitori, & eam quæ competit creditori: Quando dicatur nouata actio per receptionem literæ Cambij! Liber Proxenetæ, an & quomodo fidem faciat.

S V M M A R I V M.

- 1 Quando pecunia fuit exhibitâ tantum demonstrationis causâ, non inducitur vera solutio.
- 2 Quæ probanda sint ab eo qui solutionem impugnat ex eo, quod pecunia demonstrata fuerit, & exhibitâ; non tamen soluta.
- 3 Conuentio præcedens de restituendo pecuniam exhibitam probatur coniecturis.
- 4 Conuentio præcedens præsumitur propter vicinitatem actuum.
- 5 Solutio momentanea non extinguunt obligationem.
- 6 Soluens contemplatione literarum quas debitor ad alium scripsit, retinet præcedentes actiones & hypothecas; donec ille tertius soluerit, & mandatum adimpleuerit.
- 7 Quæ sit differentia inter exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ competit debitori; & illam quæ datur creditori: & creditori datur duntaxat intra triginta dies, debitori verò intra biennium.
- 8 Quamuis actio prima remaneat creditori, cui solutionis loco litera data sunt; si tamen debitor per triginta dies tacuerit, onus probandi quod mandatarius non soluerit spectat ad creditorem literas recipientem.
- 9 Creditor acceptans literas loco solutionis habet præsumptionem contra se post lapsum triginta dierum.
- 10 Qui literas retinuit & non fecit debitas diligentias aduersus eum, aduersum quem litera erant directæ; est in culpa.
- 11 Qui literas transmisit ad debitorem cui directæ erant, & illas apud ipsum longo tempore dimisit; videtur fidem illius sequutus.
- 12 Consulitius est, vt post ostensionem literæ, creditor illam sibi restitui faciat.
- 13 Creditor cui dantur literæ Cambij, vel scedula bancaria, videtur potius illam acceptare pro sua seruitate, quam loco solutionis.
- 14 Si tamen mercator cui literæ diriguntur soluerit, vel depositum fuerit, debitor remanet liberatus.

- 15 Acceptatio & effectiuatio literarum Cambij remissarum creditori, extinguit obligationem & hypothecam.
- 16 Mercator magni nominis semper censetur habere pecunias paratas; & illorum acceptatio vel promissio loco pecuniæ numeratæ.
- 17 Mercator ad quem literæ diriguntur, si pecunias deposuerit, & creditorem cui cessæ erant literæ constituerit in libris suis creditorem pecuniæ depositatæ, dicitur inducitur solutio.
- 18 Libris camporum standum est, quando in illis creditum reperitur scriptum sub nomine alterius.
- 19 Obligatio creditoris extincta est, si remissis ipsi per debitorem literæ Cambij, mercator ad quem illa diriguntur ipsum scripserit debitorem.
- 20 Debitor liberatur si creditor nomine in solutum acceperit suo periculo, & fortuna.
- 21 Inter mercatores proceditur ex æquitate, & inducitur nouatio ex solo nudo pacto.
- 22 Liber Proxenetæ fidem non facit, ne plus credatur voci mortuæ, quam viuæ.
- 23 Contra libros Proxenetæ admittitur probatio in contrarium, ex communi sententia.

Non fuisset focer fundatus cõtra generum, si contendere voluisset confessionem dotis per generum factam ipsi genero nocere debere; etiam si gener per instrumētum publicum cum clausulis & renunciacionibus opportunis tamen confessionem fecisset; † dum gener probaret pecuniam tempore quitanciæ fuisse tantum exhibitam demonstrationis causâ; & concurrerent omnia requisita per DD. in terminis *l. qui sic soluit. §. ff. de solut.* † Primò, quod solutio non fuerit facta in pecunia numeratæ; quamuis eius exhibitio realiter facta fuerit. Secundò, quod ipse gener ex talibus pecuniis nullum percepit commodum, sed pecuniæ statim restitutæ fuerunt focero. Tertio, quod hoc fuit factum ex conuentione præcedenti; duo enim prima requisita probantur ex confessione & declaratione foceris in scriptis facta: † conuentio verò præcedens probatur ex variis epistolis & coniecturis quæ in facto proponebantur, pro qua probatione sufficiunt coniecturæ. Bart. in *l. singularia, num. 25. ff. si certum petat.* & ita in simili casu fuit decisum per Rotam Coram Durano, *decis. 11. n. 6. 7. 8. & 9. sequentib.* † & nominatim propter vicinitatem actuum: vt *ibid. n. 11.* † Vnde non erat extincta prior obligatio, cum solutio fuisset tantum momentanea, & facta pro monstrâ, seu demonstrationis causâ duntaxat. *Monter. decis. 1. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 962. num. 38. & 39. Bellon. de his que fiunt incontinent. cap. 8. n. 5. part. 1.* vbi etiam dicit conuentionem præcedentem de restituendo pecunias exhibitas probari ex coniecturis: & ex iis quæ postea breui temporis interuallo interposito facta fuerunt, post Honded. *consil. 35. num. 13. 14. & 41. volum. 2. Rota coram Burat. decis. 928. num. 5. & 6.*

Itaque aliunde defumenda est istius controuersia decisio, nempe ex dispositione *l. si literarum. 23. Cod. de solut.* vbi dicitur quod si literarum contemplatione quas quis ad alium scripsit quitanciam fecerit, ipsi integra remanet actio, donec tertius ille ad quem literæ scriptæ sunt, mandatum adimpleuerit. Verum quidem est quod licet gener quitanciam fecerit totius summæ dotatis, illam tamen non recepit sed confessionem & quitanciam fecit, sub spe & contemplatione literarum Cambij, ad quosdam mercatores Lugdunenses per focerum transmissas.


Super cuius puncti interpretatione supponendum est, 7.

- est, magnam esse differentiam inter exceptionem non numeratæ pecuniæ creditori competentem, & eam quæ competit debitori. Ille enim sponte & volens in creditum ire solet; hic verò etiam inuitus cogitur creditori suo morem gerere, & ad eius libitum apocham, aliãve scripturam illi tradere: vnde debitori datur spatium duorum annorum ad proponendam non numeratæ pecuniæ exceptionem; creditori verò triginta duntaxat dies assignantur, si impugnare velit confessionem solutionis à seipso factam, tanquam emanatam sub spe futuræ numerationis: dicens se quitanciam quidem fecisse, sed pecuniam non recepisse. *l. in contractibus. §. super cæteris. Cod. de non numerat. pecun.* Zanger, in tract. de exception. part. 3. cap. 14. num. 25. & sequentibus. Gaius de credito, cap. 2. tit. 7. numer. 2546. & dixi in tract. de præuent. iudicial. cap. 25. num. 19.
8. Quo sic præsupposito, sequitur in terminis propositæ quæstionis, quòd si creditori suo debitor solutionis loco literas dederit; quamuis non sequatà solutione, vel aliã re quæ vim solutionis obtineat; actio prima remanere videtur per text. in dicta *l. si literarum. 23. Cod. de solut.* si tamen ipse creditor per spatium triginta dierum tacuerit, non tenetur debitor probare quòd mandatarius ad quem literæ directæ fuerunt soluerit, sed onus probandi spectat ad creditorem cui litera tradita fuit: vnde ex solo huius temporis lapsu exclusus est gener ab actione sua; & perinde est ac si solutionem à mercatoribus Lugdunenſibus recepisset. Ratio est, quia si reclamasset, facillè fuisset focero vel solutionem procurare, vel
9. probare solutionem fuisse factam. † Vnde cum gener habeat præsumptionem contra se, onus probandi non fuisse sibi solutum spectat ad dictum generum: vt decidit Gloss. in dicta *l. si literarum. in verb. impedire potest. Cod. de solut.* Salicet. *ibidem. in vesic. Glossa opponit.* Rot. Genuens. *decis. 26. num. 27.* ergo imputandum est genero, quòd non solum intra triginta dies, sed nec intra viginti annos de partitis sibi remissis, & in dictis literis Cambij contentis vltimo modo conquestus fuerit.
10. Aut enim gener literas retinuit, aut ad mercatores Lugdunenſes transmisit: si retinuit, est in culpa: quia debitas diligentias facere tenebatur. *Cancer. lib. 2. variar. resol. cap. 6. de solut. n. 187. in nouis.*
11. Si transmisit (provt verius est,) ex hoc solo focer fuit liberatus; vt aduertit Salicet. *dicta l. si literarum. versic. sed sustinendo.* vbi dicit quòd dimittendo literas penes eum ad quem scriptæ sunt, creditor videtur illius fidem sequutus. † Et ideo dicit consultius esse, vt post ostensionem literæ faciat illam sibi restitui: atque ita dicitur apud Campſores obseruari Addo Nicol. à Ian. in tract. de script. priuat. tit. de liter. Camb. n. 74. Mascard. de probat. conclus. 990. n. 8.
13. Præterea licet regulariter debitor suo creditori tradendo literas vel scedulam bancariam non videatur consequutus liberationem, cum huiusmodi traditio videatur potiùs facta pro securitate, & in executionem debiti præcedentis. Seraph. *decis. 1419. num. 2.* & habetur in *decis. 244. n. 7. & 8. part. 4. diuers.*
14. Tamen quando creditor fidem mercatoris cui literæ diriguantur sequutus est, eum in debitorem acceptauit, & in effectu mercator vel soluit, vel actuale depositum pecuniatum fecit; tunc dicitur inducta nouatio, vel solutio, remanetque primus debitor liberatus: vt determinat Bald. in dicta *l. si literarum.*
15. *Cod. de solut.* † vbi tunc demum obligationem cessare & extingui asserit, si literæ fuerint acceptatæ, & habuerint effectum. Rot. apud Burat. *decis. 500.* & *ibi Addent.* & apud Ludouif. *decis. 347. n. 19. Ricc.*

colleçt. 3524. † Et ratio est, quia mercatores magni nominis, quales sunt illi ad quos literæ dirigebantur, semper censentur habere pecunias paratas: ideo illorum acceptatio vel promissio habetur loco pecuniæ numeratæ. Bellon. iun. *consil. 92. n. 17 & 22.* † 17. Atqui in facto verum erat dictos mercatores effectualiter pecunias deposuisse, & dictum generum in libris suis constituisse creditorem pecuniæ depositæ, ex quo dicitur facta solutio. Rot. Genuens. *decis. 4. num. 13.* & passim per totam illam decisionem, præsertim stante generali consuetudine mercatorum, de qua in *dict. decis. 4.* † & in hoc standum esse libris Campſorum, quando illis reperitur creditum sub nomine alterius, testatur Bald. in *l. final. in fin. Cod. ad leg. falcid.* Socin. Sen. in *l. qui vsumfructum num. 13. ff. de verb. obligat.* Bellon. *dicto consil. 92. num. 15.* Rota, *decis. 10. num. 11. post consil. criminal. Farin.* † 19. & sic extincta fuit omnis obligatio foceri erga generum. Rot. *dicta decis. 10. num. 11.* & Socin. Sen. in *dict. l. qui vsumfructum. num. 14. & 16. conclus. 3. & 5.*

Prædicta multò fortius locum habent ratione nominum, quæ gener in solutum & pro totali satisfactione recepit, suo periculo & fortuna: quo casu certum est creditorem fuisse consequutum liberationem. Socin. *dict. l. qui vsumfructum. num. 13.* Cancer. *lib. 2. variar. resol. cap. 6. num. 189. in nouis.* Bald. *dicta l. final. num. 5. Cod. ad leg. falcid.* Surd. *consil. 145. num. 14.* Duran. *decis. 266. num. 17.* Mastril. *decis. 129. num. 12.* & 19. Gratian. *discept. forens. cap. 527. num. 3.* Socin. Sen. *consil. 37. num. 2.* & per tot. *uolum. 4.* † præsertim cum agatur inter mercatores, inter quos proceditur ex æquitate, & inducitur nouatio ex solo nudo pacto. Duran. *dict. decis. 266. n. 25.* Bald. *dict. l. final. Cod. ad leg. falcid.* Dyn. *consil. 17. Gabriel. consil. 155. num. 18. lib. 1.*

Quæ opponerentur de libro Proxenetæ, non faciebant ad propositum: Quia liber ille nullam fidem facit, ne plus credatur voci mortuæ quàm viuæ. Mascard. *conclus. 1040. num. 7.* Rota Genuens. *decis. 110. num. 8. circa finem* Nicol. de Ian. in tract. de script. priuatæ, tit. de libro proxenetæ, à num. 6. vsque ad 10. † & contra tales libros ex veriori & communi opinionione admitti probationem, notauit idem Ianu. in *dicto tract. de lib. mercat. num. 109.* cum aliis per eum citatis.



CAPVT XCI.

Vendito dominio directo, vtrum emphyteuta possit se redimere, pro eodem pretio quo dominium directum fuit venditum, tam ex dispositione iuris communis, quàm ex Bullis Pontificiis in Comitatu Venayfino concessis. Quid dicendum sit de subditis qui volunt impedire alienationem feudi, & se sub immediata Principis iurisdictione oblato pretio supponere. Quid dicendum sit, si emphyteuta vigore dictarum Bullarum velit se redimere, quando totum feudum fuit alienatum, & ipse vult luere vnum prædium particulare, quod est de dependentiis feudi.

S V M M A R I V M.

1. *Vendito dominio directo, emphyteutam de iure communi se posse oblato pretio redimere quidam existimant.*
2. *Sed contrarium verius est in terminis iuris communis.*
3. *Ius prælationis domino directo competens fundamentum est in iure, ratione cuiusdam superioritatis; secus in eo quod emphyteuta prætendat, aduersus dominum.*
4. *Si subditi alienentur possunt se redimere, quia illorum interest non habere dominum inferiorem.*
5. *Sed hoc casu tenentur soluere pretium venditionis.*
6. *Fallit nisi semel subditi alienationi consenserint.*
7. *Si alienetur iurisdictione sine feudo, subditi non possunt se redimere.*
8. *Subditi non possunt se redimere, quando alienatio illorum facta fuit cum vniuersitate castrorum.*
9. *Quando agitur de Castro limitropho, subditi facilius reclamare possunt ad libertatem soluto pretio venditionis.*
10. *Ius agendi ad demanium seu redemptionem competit subditis, vti singulis.*
11. *Si semel vniuersitas reclamauerit ad demanium, non potest deinde inuito Principe pœnitere.*
12. *Subditos alienatos non posse se redimere multi DD. existimant.*
13. *Quid age dum sit in casu dicta reclamationis, & quomodo praticari debeat.*
14. *In Comitatu Venayssino, alienato directo dominio, emphyteuta potest se pro eodem pretio redimere.*
15. *Molendina feudalia & bannalia inuito domino à feudo separari nequeunt.*
16. *Res dicitur ind. v. dua, quando pars non tantam affert vtilitatem respectu partis, quantam afferreret in toto respectu totius.*
17. *Ius retractus ex sui natura indiuiduum est.*
18. *Interest domini res sub eius feudo existentes non dismembrari.*
19. *Dominus non est cogendus alios veluti socios in suo dominio pati.*
20. *Quando res particularis cum vniuersitate alienata redimitur non debet estimari prout separata; sed secundum pretium totale venditionis.*

Variæ sunt Doctorum opiniones circa quæstionem illam; vtrum quemadmodum dominus directus, potest retinere iure prælationis, rem emphyteutam venditam pro eodem pretio, ita & emphyteuta possit se redimere soluto eodem pretio, quando dominus directus vendit suum dominium directum alteri: † Nam pro emphyteuta tenuit Boër *decis. 107. numer. 1.* vbi post Speculatorem dicit, quod emphyteuta præfertur cæteris emptoribus, cum dominus vendit proprietatem quam tamen vendere potest cui vult, nisi adesset consuetudo in contrarium. *Cualcan. in tract. de usufruct. numer. 173. in fine versic. & confirmatur. Cancr. lib. 1. variar. resol. cap. 11. numer. 51.*

2. *Sed tamen attentâ iuris communis dispositione, veritas est in contrarium, nempe non posse emphyteutam præferri emptori dominij directi; sed omnino teneri illum recognoscere, & iura dominicalia illi præstare: vt notat Iaf. in l. 1. cum dubitatur. num. 17. & 18. Cod. de iur. emphyt. Surd. consil. 208. num. 6.*

Vincent. de Franc. *decis. 17. numer. 7. & 8.* vbi ita iudicatum testatur. *Mastrill. de Magistr. lib. 3. in allegat. insert. cap. 10. n. 50.* Franc. de Pont. *in tract. de potest. Prorog. tit. de diuers. prouision. cap. 10. num. 9.* Claper. *caus. 69. quæst. 2.*

Nec rationes pro contraria opinione allatæ sustineri possunt: Quod enim dicitur æqualitatem esse seruandam inter Dominum, & emphyteutam; non est verum: quia illi non sunt æquales in emphyteusi; cum Dominus directus habeat superioritatem quandam erga emphyteutam ratione dominij directi: & longè dispar est ratio inter vtrumque: nam Dominus directus est fundatus in iure, nepe in l. final. *Cod. de iur. emphyteut.* At verò emphyteuta nullam pro se habet legem, quæ ipsi ius prælationis tribuat; & sanè incongruum esset quod emphyteuta, qui aliqua ratione subditus est domino directo, ipsum cogere possit ad sibi denunciandum quando vult vendere suum dominium directum: & propterea verius est emphyteutam teneri recognoscere emptorem dominij directi, & iura dominicalia illi præstare: vt fusè probat *Surd. dicto consil. 208.*

Non eadem est ratio subditorum, quando Baro vendit dominium suum alteri: cum illorum interfit non mutare Dominum; præsertim si alienentur in inferiorem, seu hominem inferioris conditionis. *Surd. consil. 323. numer. 1. & 2.* *Marta, consil. 190. numer. 22.* vbi addit *numer. 27.* † quod illo casu possunt se redimere pro eodem pretio: & *consil. 182. numer. 2. & 7.* quia Domini inferiores, sæpè vexant subditos: † Quod tamen limitat nisi subditi alienationi consenserint, *n. 11.* † Item quod possint alienari subditi ratione iurisdictionis etiam sine feudo; quia iurisdictione est separabilis à feudo, & potest pertinere ad vnum, feudum verò ad alium.

Eodem modo possunt inuiti alienari quando alienatio fit cum vniuersitate castrorum. *Puteus decis. 37. & 38. lib. 1. Viuius, opin. 637. num. 2.*


His cessantibus, possunt subditi reclamare fauore libertatis, præsertim si agatur de Castro limitropho; tunc enim facilius subditi admittuntur ad se redimendum. *Mench. consil. 426. num. 27.* *Cauagnol. ad consil. Menoch. 32. num. 24.* *Larath. consil. 86. num. 38. & sequentib.* vbi hoc fusè comprobat, vt reducantur Communitates ad pristinam libertatem: qui *num. 76.* † ostendit ius competere singulis vti singulis. *Ioan. Andr. Georg. allegat. 17. num. 1.* *Mathæus ad Guid. Pap. decis. 560.* *Nouar. quæst. forens. lib. 1. quæst. 106. & 120.* *Camil. de Med. consil. 164.* † qui volunt quod si semel vniuersitas petierit demanium (hoc est se admitti ad redemptionem vt fit sub immediato Principis dominio) non potest ideo sine assensu Principis pœnitere. *Idem Nouar. lib. 1. quæst. 19.* *Thefaut. decis. 257. num. 6.*

Quantum & hoc casu plurimi DD. magni nominis in contrariam iuerint sententiam; videlicet non posse admitti subditos ad se redimendum pro eodem pretio, quando dominus ipsorum, feudum vendidit, & inter cæteros, aduersus subditos se redimere volentes, tenuit *Mastrill. consil. vnic. inserto post librum 1. decisionum,* vbi fusè de materia, & in *tract. de Magistr. lib. 3. cap. 10. num. 35. & multis sequentib.* *Pascal. de patr. potest. cap. 10. numer. 128.* *Camil. de Curt. in diuers. iur. feud. fol. 10.* *Claper. caus. 69. q. 3. & fusè de materia Ioseph. Ramon. consil. 37. & apud eum Casanat. ibidem & consil. 38.*

Ego in hac quæstione dicere solitus sum, prout Dixi Communitatibus Serignani & Camareti, dum peterent se pro eodem pretio admitti ad redemptionem; huius negotij decisionem pendere à voluntate Principis:

Principis : & ideo illi hoc casu esse supplicandum ad sciendum illius intentionem, iuxta quam Communitates prosequi, vel non prosequi debent causam dictæ prælationis seu redemptionis. Ideo praxis est, vt Vassalli alienati Principi libellum supplicem porrigant petentes, vt ex eius persona possint se redimere soluto emptori pretio, cum pacto quòd Princeps teneat illos in suo dominio, & amplius non alienet : quam practicam docet *Marta dict. consil. 182. num. 36.*

14. Sed vt ad rem redeamus ; quoad bona sita in Comitatu Venayssino, adest statutum dicti Comitatus *artic. 251.* desumptum ex Bulla Sixti summi Pontificis quo cauetur emphyteutas in Comitatu Venayssino posse retinere feuda per eos possessa, in casum venditionis pro eodem pretio quod per alium offertur.
15. Hinc orta fuit alia controuersia inter Dominum & subditos ratione prælationis per subditos prætenstæ aduersus nouum Dominum, qui Castrum, feudum & territorium emerat, in quo reperiebatur quoddam molendinum pertinens quoad dominium vile ad Communitatem, quoad verò dominium directum ad Baronem (quod aliàs fuerat permutatum anno 1577. inter Dominum loci, & Communitatem cum quibusdam prædiis) quod quidem molendinum erat bannale & sic non poterat à feudo separari in præiudicium Domini superioris dicti feudi, & cuius subfeudatarius seu valuassallus erat eiusdem feudi, possessor : cum enim esset de dependentiis feudi, non poterat, nec debebat inuito Domino alienari, aut à feudo cum suo canone separari. † Quia quando res ipsa non affert tantam vtilitatem in parte respectu partis. quantum potest afferre in toto respectu totius; tunc habetur pro indiuidua: *si quis aliam. ff. de solut. l. fundus ille. & ibi Gloss. ff. de contrahend. empt. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur in princip. num. 25. ff. de verb. obligat. & in l. quarta §. questio. ff. eod. tit. quem alij DD. communiter sequuntur.*
17. Prætendebat autem Communitas vigore dictæ Bullæ & statuti retinere dictum molendinum iure prælationis, quam tamen ab huiusmodi prætentione censui excludendam maximè ratione dictæ indiuiduitatis, quòd scilicet non posset retinere rem illam particularem cum vniuersitate venditam, quæ non afferebat tantam vtilitatem respectu partis, quantum totalis emptio respectu totius acquisitionis; cum retractus sit indiuiduus. *Giurba decis. 52. num. 5. & 21. versic. sed contrarium.*
18. Interest enim Domini res sub eius dominio directo intra limites feudi existentes non dismembrari, aut alienari, quando ex retentione seu redemptione oriretur difformitas, vel diminutio iuris vniuersalis. *Guido Pap. decis. 508. quem sic intelligit Costa, in tract. de rat. quest. 109. num. 9. Guirb. d. decis. 52. num. 30. Amed. quest. laudim. 23. num. 16. & 17.*
19. *Tiraquel. de retract. consang. §. 23. num. 17.* † Nec præter intentionem suam cogendus erat emptor in suo territorio pati alios dominos directos, veluti socios in suo directo dominio vniuersali: vt per *Tiraquel. dict. num. 17.*
20. Quòd si dominus voluisset dictam redemptionem admittere, non debuisset molendinum æstimari quantum valet ex se separatum, sed habito respectu ad totum pretium venditionis, & facta collatione ad omnes res venditas, ob quas dictum pretium admodum augeretur: vt tradit *Cost. de ration. rata quest. 100. num. 6. Guirb. dicta decis. 52. num. 28.*



CAPVT XCII.

Donationes per patrem filio, aut liberis ex certo matrimonio nascituris non insinuatæ, iure Gallico validæ sunt; & pactum illud in dicto contractu appositum valet in vim fideicommissi; quod inducitur ex verbis illis à *defaut*, tanquam temporis tractum continentibus. Vno ex substitutis propter religionis professionem in Gallia existente incapaci, alij verbis tantum coniuncti admittuntur. Bona ab auo donata nepotum patri, in ipsius patris legitimam, vtrum imputentur. Substitutus pupillaris succedens ex fideicommissio detrahit Trebellianicam, sed fructus in eam hoc casu imputat; quamuis esset de liberis primi gradus. Filio substitutus pupillariter, vtrum possit repudiare hæreditatem paternam, & acceptare solam successionem pupilli.

S V M M A R I V M.

1. *Donatio causâ matrimonij per filium contrahendi cum substitutionibus iure Gallico, etiam sine insinuatione subsistit in vim pacti.*
2. *Pactum successionis in donatione appositum valet pro vocatis in vim fideicommissi, in quo equaliter admittuntur masculi & femine.*
3. *Pacta matrimonialia in Gallia non indigent insinuatione.*
4. *Substitutus vocatus cum clausula à defaut, maximè cum aliis verbis etiam tractum temporis importantibus est fideicommissaria.*
5. *Coniuncti verbis in substitutione admittuntur ad partem alterius coniuncti incapacis.*
6. *Verbis coniuncti, qui & ex quibus dicantur.*
7. *Ad coniunctionem verbalem necesse est quòd vocati sint plures sub eadem oratione, eodemque verborum contextu.*
8. *Inter verbis tantum coniunctos, an sit locus iuri accrescendi, disputari potest in puncto iuris; sed affirmatiua sententia tanquam communiter approbata tenenda est tam in iudicando, quam consulendo.*
9. *Quando pater donauit filio, nepotes ex eo habent legitimam super huiusmodi bonis donatis; secus est si non filio, sed nepotibus ex eo donatio facta sit.*
10. *Trebellianica detrahi potest de bonis pupilli, ad substitutum pupillarem deuolutis, subiaccenribus oneri restitutionis.*
11. *Quamuis substitutus pupillo bona capiat ex substitutione pupillari, si tamen ipse sit postea grauatus de restituendo alteri, restituit per fideicommissum.*
12. *Substitutus pupillaris filius grauatus de restituendo quesita ex pupillari substitutione detrahit duas quartas.*
13. *Substitutus pupillaris grauatus de restituendo, fructus imputat in Trebellianicam.*
14. *Ampliatur vt procedat, etiam si substitutus esset de liberis primi gradus.*

15. Si substituti pupillares paternam hereditatem adeant sine beneficio inuentarij, tenebuntur etiam de proprio soluere omnia debita, & legata paterna; si verò cum beneficio inuentarij, non tenebuntur ultra vires paternæ hereditatis, quæ hoc casu consideratur tanquam diuersa ab hereditate filij pupilli.
16. Filius à patre institutus & fratri suo pupillariter substitutus, potest paternam hereditatem repudiare, & amplecti pupillarem, neque tenebitur hoc casu ad onera paternæ hereditatis.
17. Filius fratri pupillariter substitutus falcidiam de legatis per patrem factis deirahere potest; quamuis pupillus aliunde bona habeat.
18. Si substitutus pupillaris paternam repudiauere hereditatem substitutio illa iuuat & sortitur effectum quoad bona materna, & alia aduentitia pupilli.
19. Hereditas transmittitur quidem ex potentia sui-tatis, sed transmittitur vt adenda, non vt adita.
20. Is ad quem transmittitur hereditas, eodem modo illam repudiare potest quo poterat transmittens.
21. Considerantur tres casus diuersi in proposita questione, circa substitutos pupillares; Remissiuè.
22. Testamentum patris & substitutio pupillaris quæ est veluti testamentum filij considerantur tanquam duo diuersa & distincta testamenta, vel duarum hereditatum.
23. Quæ sit ratio cur acceptans paternam hereditatem, non possit repudiare pupillarem: è contra verò is qui pupillarem acceptat, paternam amplecti non cogatur.
24. Speciali pupilli fauore inductum est, vt patris hereditatem acceptans pupillarem repudiare non possit.

IN quadam causa mihi tanquam tertio arbitro per personas graues commissa, diuersæ resolutiones communi consensu cum aliis Iurisconsultis ex Gallix Tribunalibus nominatis captæ fuerunt.

1. Et in primis, quòd donationes factæ per patrem filio suo Iacobo in contractu matrimonij; nec non per Iacobum de medietate bonorum suorum præsentium & futurorum in fauorem liberorum eiusdem matrimonij valida erat iure Gallico, non obstante defectu insinuationis & subsistebat in vim pacti in contractu matrimonij appositi: iuxta ea quæ decidit Louët. *litera S. num. 9.* & *ibi Scholiastes, litera D. num. 64. & 66.* Et hoc maximè, quia dicta donatio iam fuerat valida declarata per arrestum supremæ Curix Parlamenti Aquensis 29. *Maij 1637.*
2. Quòd pactum operatur in vim fideicommissi in fauorem liberorum eiusdem matrimonij: *l. qui filium. 74. ff. ad Trebel.* Peregr. *de fideicom. artic. 5. num. 10. circa medium Alciat. consil. 169. num. 5. lib. 9.* Fufar. *de substit. quest. 277. num. 15.* quia vigore illius pacti sibi donator facultatem abstulit testandi de bonis datis: quo casu fideicommissum inductum censetur, in quo succedunt æqualiter duo liberi, quorum vnus est masculus, alius verò, fœmina; iuxta notata per Fufar. *loco citato.* Et sic fuit decisum per arrestum Curix Parlamenti dicta die 29. *Maij 1637.* Nam pactum huiusmodi instantibus vxoris consanguineis appositum non alia de causa factum fuit, quàm vt maritus in casum secundarum nuptiarum de bonis suis non disponderet in fauorem liberorum alterius matri-

monij: quæ prohibitio æquè respicit masculos, & fœminas: † valent igitur tales conuentiones non in vim donationis; sed tanquam pacta matrimonialia, quæ si indigerent insinuatione, læderetur publica vtilitas: vt dicitur apud Louët, *dicta litera D. n. 64.*

Præterea quòd attinet ad bona de quibus pater Iacobi in suo testamento disposuerat, in quo eundem filium suum hæredem instituerat ipsique eius liberos masculos substituerat, & in defectum masculorum filias quas ex legitimo matrimonio suscepturus erat; conclusum fuit bona eiusdem propter defectum mascululi mortui sine liberis ad eius sororem vnicam superstitem esse deuoluta, vigore substitutionis fideicommissariæ contentæ in illis verbis; & *a défaut des masles les femelles qu'il pourra auoir pro-reées de vray & legitime mariage:* cum perinde sit dicere in defectum, & post mortem: & verba illa respiciant tempus futurum & per consequens ex illis inducatur fideicommissum. Peregr. *de fideicom. artic. 18. num. 16.* Fufar. *de substit. quest. 379. num. 58. & quest. 392. num. 44.* Roland. *consil. 39. num. 55. & 56. volum. 4.* Surd. *consil. 110. num. 9.* Ioan. Anton. Bellon. *consil. 50. num. 12. & sequentib. Crincl. decis. Dolan. 18. num. 17. & 125. num. 12. & 135. num. 46.*


Tertiò diximus substitutionem fideicommissariam contentam in testamento Iacobi apertam esse in fauorem aliorum substitutorum, propter incapacitatem vnus ex substitutis, quæ religionem professæ fuerat tempore mortis dictæ hæredis grauata; attento quòd in Gallia religiosi professi in successiõibus pro mortuis habentur: & ideo aliæ vocatæ ad substitutionem eadẽque religiosæ verbis coniunctæ ingrediuntur in locum dictæ professæ incapæ per ius accrescendi, attento quòd cum ipsa erant verbis coniunctæ in dicta substitutione: ex notatis per Cancet. *lib. 3. variar. resol. cap. 22. de iur. accrescend. num. 22.* Peregr. *de fideicom. artic. 9. num. 8.* Fufar. *consil. 84. num. 3. & in tract. de substit. quest. 495. num. 14.* Rota diuers. *decis. 506. num. 1. part. 4.* Bellon. *in tract. de iur. accresc. cap. 5. quest. 16. num. 28. versic. iterum.* vbi dicit quòd licet in disputando, multa in contrarium allegari possent; prout etiam in hoc casu contra ius accrescendi validæ rationes adductæ fuerant; tamen Bartholi sententia ita in foro recepta est, vt ab ea nefas sit in consulendo vel iudicando recedere: † quæ vult, quòd quando testator non iungit quidem nomina, sed iungit clausulas vel per copulam vel per orationem solutam, & verbum femel exprimit; vt cum ita scribit *Meuio fundi partem dimidiam, & Seio alteram dimidiam lego,* vel *Seio alteram dimidiam lego:* vt in specie *l. Meuius 4. in princip. ff. de legat. 2.* hoc casu sic vocati dicuntur verbis coniuncti, vt dicit Bart. *in dicta l. Meuius. in princip. num. 1.* & *ibi Bald. Castrenf. & Imol. cum pluribus aliis quos citat Bellon. loc. citat. n. 26.* † Ratio est quia verbis coniuncti dicuntur, qui sunt positi in vna eadẽque oratione: sed quando testator sub vno verbo quòd totam regit orationem plures vocat, dicitur illos vocare sub vna tantum oratione, & per consequens illi dicuntur verbis coniuncti: ex Bart. *in l. re coniuncti. num. 12. in fin. & in dicta l. Meuius. in principio.*

Nemo autem negare potest quin inter verbis tantum coniunctos, sit locus iuri accrescendi; & *dist. l. re coniuncti 87. ff. de legat. 3. & l. triplici 142. ff. de verb. signif.* Bellon. *in dicto tract. de iur. accrescend. cap. 5. quest. 38. num. 13.* licet ipse in puncto iuris contrarium verius esse existimet; non tamen negat ab hac nostra sententia in iudicando & consulendo non esse recedendum.

9. Quartò in legitimæ calculum venire diximus omnia bona Iacobo tam à patre donata vel testamento relicta, vel aliunde quomodolibet prouenientia: iuxta Crauer. *conf.* 165. *num.* 5. Surd. *consil.* 332. *num.* 14. Berengar. Fernand. *in repetit. l. in quartam. in 2. præfat. numer.* 13. *versic. quod verò non esset*, & ibi Apostil. *in verb. aliud si dedi.* quod alias fufius ostendimus. *cap.* 35. *numer.* 20. Nam distinguendum est vtrum donatio facta fuerit filio, an verò liberis ipsius, vt primo casu ponatur in globo in computatione legitimæ filij; non autem in secundo.
10. Quintò, quòd attinet ad supputationem Trebellianicæ, fuit conclusum fructus ex bonis propriis filij masculi Iacobi prædefuncti perceptos in eam esse imputandos: iuxta tradita per Peregr. *de fideicommiss. articul.* 8. *numer.* 41. vbi dicit Trebellianicam detrahi posse de bonis pupilli, ad substitutum pupillarem deuolutis subiacentibus oneri restitutionis. † Quia licet substitutus pupillo bona capiat ex substitutione pupillari; tamen ille cui restitutio facienda est per substitutum pupillarem, capit ex substitutione fideicommissaria: vt notauit Ancharan. *consil.* 27. *Non seruato, in tertio dubio. numer.* 3. & in principio vbi dicit parum esse curandum, siue prima substitutio inter filios fuerit pupillaris, siue fideicommissaria: quia attentis verbis fideicommissum importantibus, quod capitur ex substitutione pupillari, restituitur tanquam ex fideicommissio. † Et ideo locus est detractio vtriusque quartæ: vt in eodem *consil.*
11. *versic. concludo.* † Fructus autem hoc casu imputantur in Trebellianicam: vt tradit Corneus, *consil.* 158.
12. *num.* 6. *volum.* 3. † Quod locum habet etiam si substitutus pupillaris grauatus, esset de liberis primi gradus: quia *l. inbemus. Cod. ad Trebellian.* non est ad istum casum extendenda. Castrenf. *consil.* 239. *col. ult. volum.* 2. quem sequitur Peregr. *loc. citat. numer.* 41. & ideo cum fructus fuissent percepti per substitutum pupillarem durante spatio viginti annorum, fuit dictum Trebellianicam absortam & consumptam fuisse.
13. Vltimò circa petitionem solutionis legari per dictum Iacobum vxori suæ facti in suo vltimo testamento; diximus illud capiendum esse de bonis hæreditariis dicti Iacobi obuents per ius accrescendi, de quo supra in fauorem substitutorum pupillarum: † cum ea tamen distinctione, quòd si substituti pupillares acceptent hæreditatem Iacobi patris sine beneficio inuentarij, tenebuntur in solidum & de proprio; si verò cum beneficio inuentarij, tenebuntur duntaxat ad onera hæreditaria & legata, vsque ad concurrentiam valoris bonorum hæreditariorum: per text. in *l. si filius qui patri. 12. ff. de vulgar. & pupillar. substit.*
14. † Vbi dicitur quòd filius à patre institutus & fratri pupillariter substitutus, potest paternam hæreditatem repudiare & amplecti pupillarem, & non tenebitur ad legata, nisi quæ relicta sunt in tabulis pupillaribus, deductâ falcidiâ si imminet. † In cuius quidem falcidiæ supputatione non veniunt hoc casu bona paternæ, sed bona pupilli: vnde constat quòd substituti pupillares possunt si velint repudiare hæreditatem Iacobi patris substituentis, aut illam acceptare cum beneficio legis & inuentarij; quo casu non tenebuntur vltra vires hæreditarias: nam si possunt substituti pupillares in totum hæreditatem paternam repudiare, sola pupilli successione contenti; multò magis possunt patris substituentis hæreditatem acceptare cum beneficio inuentarij, ne teneantur vltra vires hæreditarias: etenim ius dicentis propositum est liberos oneribus hæreditariis non sponte susceptis liberare, non inuitos ab hæreditate remouere: vt dicitur in dicta *l. si filius qui patri*: † Et ideo si substitutus pupillaris repu-

diauerit paternam hæreditatem, iuuat tamen substitutio pupillaris quoad alia bona pupilli maternæ, & aduenticia, quæ nihil commune habent cum paternæ hæreditate, cum & exhæredato substitutio pupillaris fieri possit. Peregr. *consil.* 45. *numer.* 14. *volum.* 1.

Et licet ex vi suitatis hæreditas transmittatur, tamen non transmittitur vt adita, sed vt ad eunda: † ac ideo per illum ad quem transmittitur recusari potest, sicut poterat transmittens recusare. *l. si quis filium. §. 1. ff. de acquir. hæred.* vbi sic notaue- runt Bart. & communiter cæteri. Peregr. *dicto consil.* 46. *num.* 28. *lib.* 1. Trentacinq. *in tract. de substitut. part.* 2. *cap.* 18. † vbi considerat tres casus. Primus, quando pupillus solus fuit institutus, & que substitutus extraneus. Secundus, quando cum pupillo institutus est idem, qui ipsi fuit substitutus. Tertius, quando pupillo exhæredato facta fuit substitutio; quos ipse optimè explicat, & ad eum cum casus aduenerit, recurrendum erit. † Idem quod supra, tradit Vanderan. *in tract. de privileg. credit. cap.* 17. *num.* 8. vbi rationem reddit, quia testamentum patris & filij videntur quasi duo testaments, alterum patris, alterum filij; tanquam si ipse filius sibi hæredem instituisset: vel certè vnum testamentum duarum causarum, id est, duarum hæreditatum: *Et num.* 10. † rationem reddit cur is qui pupillarem hæreditatem non reiecit paternæ renunciare possit: contra verò qui paternam hæreditatem semel acceptam habuit pupillarem aspernari non possit. *l. quidam. Cod. de iure deliberandi* † dicens hoc introductum esse speciali fauore pupilli; iuxta Vlpian. in *l. si pupillus. ff. de acquir. hæred.* Idem habetur apud Monticul. *inter tract. diuers. de inuent. q.* 239. *num.* 98. *vsque ad* 106. & apud Phanuc. *quæst.* 236. *num.* 40. 41. 42. & 43. Atque ita per nos iudicatum.



CAPVT. XCIII.

Distinctè explicatur quæstio validitatis testamenti; quando posthumus fuit sciens, aut ignoranter præteritus; siue clausula codicillaris concepta sit per verba præsentis, vel futuri temporis. Item ostenditur differentia inter præteritionem filij posthumi, & filij iam nati. Vtrum conualidato testamento per clausulam codicillarem, vna vel duæ quartæ detrahi possint; & si vna, vtrum detur electio grauato, quam ex duabus quartis eligere velit.

S V M M A R I V M.

- 1 Vtrum testamentum subsistere possit, quando filius est præteritus in primo gradu, & vocatus in secundo.
- 2 Testamentum non obstante filij præteritione, regulariter sustinetur vigore clausula codicillaris, cum distinctionibus de quibus, numeris sequentibus.
- 3 Posthumo sciens vel ignoranter præterito, testamentum illius natiuitate rumpitur, si clausula codicillaris sit concepta per verba præsentis temporis.
- 4 Si verò sit concepta per verba futuri temporis, & præteritio sciens facta, sustinetur testamentum;

& hæres ab intestato censetur grauatus de restituendo hæredi scripto.

- 5 In posthumo ignoranter præterito magna est difficultas; vtrum testamentum sustineatur per clausulam codicillarem.
- 6 Ostenditur verius esse, quod licet testator diu vixerit, & testamentum mutare potuerit, quod tamen non mutauit, censetur voluisse mori ab intestato; eo quod credens testamentum illud esse nullum, aliud non fecit; sed in hoc multum potest Iudicis arbitrium.
- 7 Dum agitur de præteritione filij iam nati, indistinctè testamentum sustinetur per clausulam codicillarem quibuscumque verbis conceptam.
- 8 Quæ sit ratio diuersitatis inter posthumi, & iam nati præteritionem.
- 9 Distinctio clausulæ codicillaris per verba futuri vel presentis temporis locum habet in posthumo, non autem in iam nato.
- 10 Clausula omni meliori modo supplet vim præteritionis.
- 11 Clausula omni meliori modo habet vim transsubstantiandi actum.
- 12 Clausula institutionis omnium prætendentium in quinque solidis, vtrum suppleat vitium præteritionis.
- 13 Filia præterita statim à die mortis patris habet legitimam cum fructibus, quando testamentum sustinetur vigore clausulæ codicillaris.
- 14 Quando agitur de præteritione filij iam nati, vna tantum quarta illi debetur: quia restitutio illi purè fieri debet.
- 15 Ampliatur vt procedat, siue institutus fuerit hæres extraneus, siue filius testatoris.
- 16 Filio præterito, quando testamentum sustinetur in vim clausulæ codicillaris, datur electio vtram ex duabus quartis petere malit.

1. **V**idebatur primo intuitu substitutionem factam per patrem in fauorem filiarum, quibus vxor hæres instituta grauata erat paternam hereditatem restituere, validam remanere ad effectum vt testamentum à secundo gradu inciperet, cum primus gradus esset nullus propter præteritionem vnus ex filiabus: per text. formalem in *l. ex facto. 43. §. Lucius. ff. de vulgari & pupil. substit.* vbi, cum Lucius Titius haberet liberos in potestate vxorem hæredem instituerat, eique filios suos substituerat: Quæsitum fuit vtrum institutio vxoris nullius esset momenti, eo quod in primo gradu liberi non essent instituti nec exhæredati. Respondit Iurisconsultus eum gradum à quo filij præteriti sunt; nullius esse momenti: & ideo cum iidem substituti proponantur, illos videri ex testamento hæredes instituisse: scilicet quia non totum testamentum infirmat filius, sed tantum eum gradum qui ab initio non valuit. Igitur annullato primo gradu, in quo vxor erat hæres instituta videbatur secundum remanere validum, & testamentum incipere à secundo gradu, in quo nulla ex filiabus erat præterita.

2. Super hoc consultus Respondi non obstante præteritione vnus ex filiabus, in primo gradu testamentum convalidari, vigore clausulæ codicillaris & clausulæ omni meliori modo in eo appositæ; sed tamen dictam filiam præteritam statim habituram suam legitimam cum fructibus illius à die mortis paternæ; onus tamen iniunctum censi filibus substitutis hereditatem restituendi earum matri hæredi institutæ.

Nam quod attinet ad celebrem illam quæstionem, vtrum clausula codicillaris sustineat testamentum

in quo filius fuit præteritus: vt omnis euitetur confusio, duo casus distinguendi sunt. Primus est, quando agitur de posthumo. Secundus est quando agitur de filio iam nato. In primo casu quando agitur de posthumo, distinguunt Doctores vtrum scienter, aut ignoranter facta fuerit præteritio; & si ignoranter, vtrum clausula codicillaris sit facta per verba præteriti, vel futuri temporis.

3. Quando pater præterit posthumum, & clausula codicillaris concepta est per verba presentis temporis, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum; tale testamentum omnino rumpitur nato posthumo, siue scienter, siue ignoranter præteritio facta fuerit; neque sustinetur iure fideicommissi in vim clausulæ codicillaris. Menoch. *lib. 4. presump. 32. num. 3.*

4. Quando verò clausula codicillaris concepta est per verba futuri temporis, si non valet, vel valebit, & pater scienter præterierit posthumum; hoc casu posthumus ipse qui est successor ab intestato, censetur grauatus de restituendo hæredi scripto. Menoch. *dicta presump. 32. num. 7.*

5. Quando autem pater ignoranter præterit posthumum in testamento, in quo adiecit clausulam codicillarem; magna est inter DD. controuersia: vtrum testamentum sustineatur vigore clausulæ codicillaris, de qua Menoch. *loc. citat. num. 9.* qui testamentum non sustineri arbitratus est.

6. Breuiter verius est, posthumum ignoranter præteritum; rumpere testamentum paternum in totum nec illud sustineri per clausulam codicillarem etiam verbis futuri temporis conceptam; quamuis testator diu vixerit post conditum testamentum quod mutare potuit, & non mutauit; censetur enim voluisse mori ab intestato ex eo quod testamentum videns esse nullum, noluit aliud condere: vt tenuit Thesaur. iun. *lib. 2. quæst. forens. 70. numer. 3.* Menoch. *dicto lib. 4. presump. 32. num. 12. & consil. 499. num. 18.* Thesaur. *decis. 141. num. 11.* licet id remittat Iudicis arbitrio Rota Auen. *decis. 177.* sic Tholosæ iudicari testatur Additio ad Guid. Pap. *decis. ult.* qui de materia tractat *decis. 129. 323. & 513.* Clar. in *§. testamentum: quæst. 46.* Fachin. *lib. 4. cap. 11.* Dilect. *de arte testandi, lib. 5. cautel. 10. num. 4.*

7. Sed nos versamur in secundo casu, cum agatur de præteritione filie iam natæ, quam testator non ignorabat esse in humanis, & sic scienter præteritio facta fuit: quo casu DD. omnes conueniunt per clausulam codicillarem quibuscumque verbis siue præteriti, siue futuri temporis conceptam, indistinctè sustineri testamentum, atque ita hæredes ab intestato succedentes, censi rogatos de restituendo hereditatem vxori hæredi scriptæ. † Ratio enim propter quam in posthumo præterito fit illa distinctio inter clausulam codicillarem verbis presentis, vel futuri temporis conceptam, ea est; quia testamentum non rumpitur nisi posteaquam posthumus natus est, & ideo clausula codicillaris per verba presentis temporis concepta, non potest referri ad tempus futurum quo posthumus nasciturus est, & natiuitate sua testamentum irritum facturum; sed quando agitur de præteritione filij iam nati scienter facta, tunc cum nullus futurus expectetur euentus, certum est quod ex tunc testamentum non valet tanquam testamentum: & propterea quamuis clausula codicillaris per verba presentis temporis concepta fuerit, semper validum reddit testamentum, quod ex tunc erat inualidum, & de quo verificatur ex tunc illa conditio, si non valet iure testamenti: † & ita omnes DD. intelligunt, dum distinguunt solum verba futuri, & presentis temporis in clausula codicilla


S V M M A R I V M.

- codicillari, quando agitur de posthumo, non autem quando agitur de iam nato: vt videre est apud Iulium Clar. in §. testamentum. quest. 46. num. 1. & 2. Graff. in §. codicillus. num. 21. Cost. in tract. de facti scientia, centur. 2. distinct. 2. n. 13. Turret. de claus. codicil. qu. 54. effectus 33 per totum, vbi testatur de communi, & magis communi Doctorum sententia Fusar. de substit. quest. 569. num. 1. apud quos plures alij allegantur.
10. Et hæc multò magis procedunt, quando vltra clausulam codicillarem, apposita quoque fuit clausula *omni meliori modo*, quæ supplet vitium præteritionis.
11. Peregr. consil. 60. n. 3. volum. 1. † Clausula enim illa habet vim transubstantiandi actum factum per modum inutilem ad alium modum vtilem, per quem fieri potuisset. Peregr. consil. 54. num. 8. volum. 4.
12. Accedit clausula institutionis facta in sùma quinque solidorum, in fauorem omnium ad successionem venire præterentium, quæ saltem operatur cum est coniuncta dictæ clausulæ *omni meliori modo*. Peregr. de fideicom. art. c. 36. num. 58. Guid. Pap. cum Addit. decis. 459. Crauet. consil. 162. Papon, lib. 20. tit. 1. des testamens, num. 11.
13. Dictam autem filiam præteritam, statim à die mortis paternæ, habituram esse suam legitimam cum fructibus; superius ostendimus: & probatur ex notatis per Gabriel. consil. 109. num. 5. volum. 1.
14. An autem habitura sit etiam Trebellianicam, quæstio est controuersa: verius tamen esse existimo, quòd solam habitura sit legitimam: quia restitutio fit purè, & sic duæ quartæ in eadem persona ratione eiusdem rei purè restituendæ concurrere non possunt: vt quando agitur de præteritione filij iam nati verius esse tradit Fusar. in tractat. de substitut. quest. 569. n. 49. & 50. Gratian. discept. cap. 902. numer. 28. Rot. decis. 568. numer. 4. part. 1. recent. † Quidquid dicat Thesaur. decis. 141. numer. 18. de æquitate detrahi posse duas quartas, quando institutus fuit hæres extraneus: quia contrarium verius est: ex notatis per Franc. Merlin. controu. forens. centur. 2. c. 78. n. 5. & per Turret. in tract. de claus. codicil. qu. 54. effectus 33. n. 24. ostendentem contra Thesaurum adesse communem opinionem.
16. Notandum tamen est, quòd in isto casu erit in electione filij præteriti detrahere legitimam, vel Trebellianicam provt sibi magis expediet, & eligere poterit pinguiorem. Cuman. in l. coheredi. §. cum filia. n. 4. ff. de vulg. Cyn. in l. quanquam. n. 3. versic. aut queritur. Cod. ad leg. falcid. Bald. in l. iubemus. n. 6. versic. in l. autem. Cod. ad Trebell. Gabriël. consil. 113. n. 5. in fin. volum. 1. Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 3. quest. 1. num. 16. versic. quod autem eleganter declaratur.

- 1 Hortus non comprehenditur in donatione domus, quando verbis claris fuit à donatione exceptus.
- 2 Quando hortus ponitur tanquam vnum ex confinibus domus donata, non censetur in donatione contentus.
- 3 Si aliqua camera sint extra terminos domus donata, non continentur in donatione.
- 4 Si fabrica modus domus reseruata & horri sit conformis: domui potius reseruata hortus adiudicandus est.
- 5 Hortus in dubio non comprehenditur sub donatione domus.
- 6 Vt hortus ex coniecturis sub donatione domus contineatur, requiritur concursus plurium coniecturarum.
- 7 Tres proponuntur coniectura ex quibus hortus domui accedat.
- 8 Hortus accessorius domui reseruata illi adiudicari debet.
- 9 Hortus diuerso tempore & diuerso pretio comparatus, non continetur sub domo donata.
- 10 In casu dubio vt sciatur cui domui accedat hortus, standum est libris rationum patris donatoris.
- 11 Si donataris post donationem hortum ab ipso donatore titulo locationis acceperit, ex hoc desumitur coniectura non eam fuisse partium intentionem, vt hortus donatus esset.
- 12 Sola coniectura petita ex eo quòd donator hortum destinasset viuens ad vsum parua domus, non sufficit vt ex eo concludatur hortum sub donatione domus contineri; sed præterea alia coniectura requiruntur.
- 13 Pro coniectura non sufficit quòd ad hortum pateat aditus ex domo donata, sed probandum est ita ex ea ad hortum patere aditum, vt aliunde patere non possit.
- 14 Diuisio horti facta per sepem ligneam & amouibilem, nihil infert ad proprietatem prædij diuisi per illam sepem temporariam.
- 15 Accidens non mutat naturam rei, nec impedit quominus ipso sublato, res redeat ad pristinam naturam: ideo clausum ad tempus finito tempore perinde est ac si nunquam clausum fuisset.

Hortum sub domus donatione minimè comprehendendi cõstabat ex verbis donationis per patrem in fauorem filij factæ; cum ipse sibi reseruauerit nominatim magnam domum suæ habitationis, & hortum illi contiguum: † ita vt non esset recurrendum ad prætenfam obseruantiam interpretatiuam, seu asfertam destinationem donatoris, quæ non debet attendi quando verba dispositionis sunt clara; provt hîc. Cum de iure hortus, quamuis cum domo fuisset emptus, vel ad vsum domus destinatus, non veniat in donatione domus, quando fuit exceptus. Glos. & Bart. in l. olympico. ff. de seruitut. urban. præd. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 2. num. 36. versic. sed an hortus. Castrenf. dict. l. olympico. num. 2. in fine, Rot. decis. 136. num. 9. part. 1. recent.

Idque tantò magis procedit, quia in donatione parua domus facta filio secundogenito; dictus hortus ponitur tanquam vnum ex confinibus eiusdem parua domus: ideo ab illa censetur exclusus. Confines enim apponuntur ad certificandam rem ipsam donatam. l. forma. in princip. ff. de censib. l. cum seruo.



C A P V T LXXXIV.

Hortus domui donatæ contiguus vtrùm contineatur in donatione domus per patrem filio facta, quando talis hortus etiam erat contiguus magnæ domui per patrem sibi reseruata, & inter vtramque domum intermedius; magisque conueniens cum structura magnæ domus, quam sibi pater reseruauerat: Et ex quibus coniecturis constare possit de intentione donatoris, quoad hortum domui donatæ contiguum.




- §. 1. ff. de contrahend. empt. l. Titius heres. ff. de action. empt. Gratian. discept. forens. cap. 657. num. 29. Alex. consil. 54. ponderatus verbis. in princip. lib. 3. & consil. 204. numer. 4. versic. accedit. lib. 6. † Et idem dicendum est de cameris inferioribus, quæ notoriè sunt extra confines domus donatæ. Mantic. de tacit. conuent. lib. 4. titul. 15. num. 32. & 34. versic. idem conceditur. Menoch. lib. 4. præsumpt. 129. num. 17. & 21.
4. Et quamvis res esset dubia; tamen dicendum potius esset hortum sub tali donatione minimè contineri: quia cum vtraque domus habeat aditum ad hortum, & ad ambulacrum superius, contiguum aulæ magnæ domus per patrem sibi referuatæ; quod quidem ambulacrum seu galerie tantum se protendit, quantum ipsemet hortus inferior, & parietes dicti ambulacri eadem forma eademque materia compositi sunt quo ipsa magna domus, ac cum eadem proportione: & è contrario, parua domus donata longè inferior est magna domo nec non muro dicti horti, qui murus à magna domo vsque ad paruam per totum horti spatium eodem contextu diffunditur, eademque fastigio & pinnis ac frontispicio exornatur; omninò concludendum est patris donatoris intentionem fuisse, vt quemadmodum tota substructio muri, & ambulacri ad magnam domum pertinet; ita & hortus qui muro subiaceret, eidem magnæ domui accederet: cum in similibus controuersis recurri debeat ad coniecturas, & ad id quod est verisimile. † Et si res sit dubia, potius hortus magnæ domui quam paruæ adiudicandus est: vt testatur Dec. consil. 109. num. 1. & 2. Crauet. consil. 234. num. 2. versic. secundò. Mantic. de tacit. conuent. lib. 13. tit. 28. num. 37.
6. Præterea, quia vt hortus dicatur comprehensus in dispositione facta de domo, non sufficit vna coniectura, sed plures requiruntur: quoniam ex vno argumento non rectè elicitor præsumptio voluntaris: vt benè notauit Cuiac. ad l. prædiis. 91. ff. de legat. 3. sup. lib. 7. respons. Papiniani. † Nempe attendendum est vtrum hortus, domus causâ fuerit comparatus; vtrum per domum in hortum aditus sit; denique vtrum hortus sit additamentum, & accessio domus: vt habetur in d. l. prædiis. §. qui domum. ff. de legat. 3.
8. † Hortus autem de quo agitur, non fuit comparatus causâ paruæ domus, aditumque principalem habet per magnam domum, & ipse cum toto eius ambulacro magnæ domui accessorius est: potius igitur ad magnam domum pertinere censendus est: ex Menoch. lib. 4. præsumpt. 129. num. 11.
9. Et in facto constabat, quòd tempore emptionis paruæ domus hortus iam erat vnitus magnæ domui: hic enim comparatus fuerat anno 1476. parua verò domus anno 1528. & ideo cum diuerso tempore, & diuerso pretio hortus fuerit comparatus; sequitur illum in donatione paruæ domus non esse comprehensum: vt probat text. in dicta l. prædiis. §. balneas. ff. de legat. 3. quem ad hoc allegat Menoch. dicta præsumpt. 129. num. 12. & tradunt omnes DD. in dicta l. prædiis. §. qui domum. de legat. 3. & in l. olympico. ff. de seruit. urban. prædior.
10. Accedit quòd dictus testator in suo libro rationum, nominatim expresserat præfatum hortum ad paruam domum minimè pertinere: vnde libris donatoris in hac materia, si casus esset dubius, credendum esset: præsertim cum ageretur de viro perspectissimæ probitatis, & integritatis: dicta l. prædiis. §. Titio. & §. balneas. & ibi DD. Tusch. præct. conclus. tom. 2. littera. P. conclus. 227.
11. Rursus res clara redditur ex eo, quòd donator filio secundogenito donatario paruæ domus partem horti cum cameris inferioribus titulo locationis con-

cesserat: quòd factum non fuisset si illa in donatione essent comprehensa: & ideo si de destinatione tractandum esset, vltima consuetudo testatoris quæ in dicta locatione consistebat fuisset attendenda. Surd. consil. 195. numer. 16. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 9. num. 5.

Sed & hæc destinationis coniectura, licet in se vera sit, non sufficit; sed requiritur concursus aliarum coniecturarum, nec debet Iudex vniquam temerè ex vna coniectura voluntatis quidquam de ea decernere; non ex vno scalino nauem ædificare, vt loquitur Cuiac. in dicta l. prædiis. §. Titio, tom. 4. fol. mibi 996. † Vbi dicitur non sufficere quòd ad hortum sit aditus ex parua domo, sed oportere aditum esse ex sola parua domo; aut si sit aditus etiam aliunde, oportere quòd vnico pretio & eodem tempore, cum parua domo sit acquisitus: Cum ergo aditus pateret ad hortum illum, tam ex parua, quàm ex magna domo; coniecturæ locum non habent fauore paruæ domus: quia requirebatur quòd ita pateret, vt patere non posset aliunde: vt benè explicat Castrenf. in dicta l. olympico. num. 2. Mantic. de tacit. conuent. lib. 4. tit. 15. n. 26. versic. rursus obiicitur. Gabriël. consil. 94. num. 9. & 10. volum. 2.

Et quamvis secundogenitus donatarius dimidiam partem horti prædicti sibi à patre locatam diuiserit per sepem ligneam ex lignis siccis confectam; non tamen ex eo prætere potest illam medietatem ad se pertinere: cum clausura illa facta fuerit ad tempus duntaxat: nempe ne famuli vnus domus ad alteram accedere possent, durante tempore conductionis. Certum autem est aditum clausum ad tempus, finito tempore censi debere ac si clausus nunquam fuisset. Castrenf. consil. 211. in fine volum. 1. Gabriël. consil. 94. num. 13. volum. 2. † Quia accidens non immutat naturam rei, quæ finito tempore illius redit ad primum statum. l. arbor. §. de vestibulo. ff. communi diuid. iuncta l. sicut ades. ff. de legat. 3. & l. quod conclauis. ff. de damn. infect. Castrenf. loco citato. versic. certe idem puto.

Hæc causa post longam controuersiam inter fratres Nobiles, & prudentes, fuit transactione sopita.



CAPVT XC V.

Quando filia dos constituta est in pecunia, & præterea marito fuerunt tradita scrinia quæ fuerunt æstimata cum mobilibus, & mundo muliebri in illis contento; & maritus talem æstimationem soluto matrimonio promisit restituere illis, quibus dos restituenda erit; maritum teneri vxore mortuâ non solum dotem, sed etiam mundi muliebris, & scriniorum æstimationem restituere, non obstante pacto quòd mundus muliebris pertineret ad superstitem; quòd de ipso corpore mobilium intelligendum est, at æstimatio hæredibus seu successoribus vxoris restituenda est.

S V M M A R I V M.

1. Mundus muliebris est quid separatum à dote, nec partem dotis constituit. Intellige vt infra.

2. Si maritus dotem receperit partim in pecunia, partim in mobilibus æstimatis, soluto matrimonio tenetur ad restitutionem æstimationis mobilium unà cum residuo dotis in pecunia consistentis.
3. Mundus muliebris seu les coffres in Prouincia Prouincia constituit partem dotis, & eodem modo restituitur.
4. Pro mundo muliebri vestibus & apparatibus filie, bona fideicommissio supposita alienari possunt.
5. Apparatus isti dicuntur supplementum dotis, & de illis indicatur tanquam de ipsa dote.
6. Donatio inter patrem & filiam in potestate constitutam sustinetur, ex causa scriniorum, & apparatusum nuptialium.
7. Frater qui tenetur dotare sororem, cogi potest ad illi tradenda scrinia, & apparatus nuptiales.
8. Muliere decedente, scrinia & omnia in eis contenta restituenda sunt heredibus mulieris.
9. Quando valor scriniorum non est valde magnus, multò magis restituenda sunt heredibus vxoris.
10. Decisio Seraph. 132. procedit in casu dubio quando nullum aderat pactum de restituendo scriniorum æstimationem, nullaque illorum recognitio in pecunia.
11. Pactum quòd mundus muliebris ad superstitem pertineat, non est incompatible cum pacto quòd illius æstimatio soluto matrimonio heredibus vxoris restituatur.
12. Inæqualitas donationis inter virum & vxorem sustinetur, præsertim quando procedit ex conventionibus ante contractum matrimonium factis.
13. Recognitio facta per maritum cum promissione restituendi valorem conuentum mundi muliebris, superflua esset, si maritus illum non teneretur soluto matrimonio restituere heredibus, & successoribus vxoris.
14. Verba illa quæ pertinebunt ad superstitem bene adaptantur restitutioni scriniorum; sed hoc non obstat recognitioni & promissioni de restituendo illorum æstimationem in contractu matrimonij conuentam.
15. In dubio relatio fieri debet ad proximiora.
16. Quod maxime procedit ad euitandam contrarietatem in eadem dispositione.

IN contractu matrimonij pater filie summam quatuor millium aureorum in dotem assignauit, ipsa verò marito omnia bona sua præsentia & futura in dotem constituit, qui recipiendo recognouit ex tunc, & adueniente casu restituere promisit: fuitque conuentum quòd maritus vxori mundum muliebrem recognosceret iuxta consuetudinem Prouinciæ; provt recognouit pro summa septingentarum librarum, illi qui ex coniugibus superstes erit applicandam: & quoad alias vestes & iocalia nuptialia, maritus promisit illa facere propriis expensis, vsque ad summam quingentorum scutorum; cum pacto quòd illa ad superstitem pertinebunt. Super quo dubitatum fuit, vtrum mundus muliebris per patrem datus, & per maritum recognitus pro summa 700. librarum, soluto per mortem filie matrimonio, sit eidem patri restituendus.

1. Dubium faciebat primò, quia mundus ille muliebris non fuit comprehensus in summa 4000. scutorum per patrem filie in dicto contractu matrimonij

promissorum: Ideo cum non constituat partem dotis, sed sit ab ea separatus, non venit restituendus. Seraph. decis. 126. & 132.

Secundò, quia pacto expresso conuentum fuit, quòd pertinebit ad superstitem: cum itaque maritus vxori superstes fuerit, videbatur dicendum illum cedere lucto mariti, & non esse restituendum.


Sed tamen verius est summam 700. librarum, ad quam ascendit æstimatio dictorum mobilium, vltra dotem filie datorum; eidem patri restituendam esse ob filie prædecesum. † Pro cuius rei comprobatione supponendum est in primis, quòd si maritus dotem receperit partim in pecunia, partim in mobilibus: v. g. mille in pecunia, & centum in mobilibus, vel vestibus, ad ornatum vxoris, ad summam illam æstimatis; maritus tenetur vxori, seu eius hæredibus soluto matrimonio restituere pecuniam; & non res: per textum expressum in *l. æstimate. ff. de iur. dot.* per quem ita tenent communiter DD. Couar. pract. quæst. cap. 28. numer. 5. versic. quinto si mentem. Trentacinq. variar. resol. lib. 3. resol. 1. de iur. dot. num. 7.

Supponendum quoque est istum mundum muliebrem, quod Itali *aconcium* vocant, ex sui natura esse partem dotis, & de appendiciis ipsius dotis: præsertim in Prouincia Prouinciæ, vbi talis est consuetudo vt maritus illum vxori recognoscat. † Adeo vt pro his vestibus & ornamentis bona fideicommissio supposita alienari possint. Rot. decis. 556. numer. 1. part. 1. diuers. vbi ratio affertur numer. 2. † Quia si isti apparatus non fuissent dati, dos tanto minor fuisset data per patrem, & dicuntur supplementum dotis, ac de illis vti de dote ipsa iudicandum est. Fontanel. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 3. part. 14. numer. 31. & 32. fol. mibi 580. Castren. in *l. cum pater. §. pater filie. ff. de legar. 2.* † vbi ex hoc infert quòd donatio causâ istorum scriniorum, quæ apud nos vocantur *les coffres nuptiaux*, est valida inter patrem & filiam in potestate constitutam, & scrinia post mortem vxoris sunt illius hæredibus restituenda. Ripoll. variar. resol. cap. 9. num. 185. † vbi dicit fratrem qui tenetur dotare sororem, cogendum esse eidem dare arcas, vestes nuptiales, & alia solita tradi puellis tempore matrimonij: & cap. 10. num. 493. † vbi dicit quòd muliere decedente, arcæ, & omnia intra eas immissa restituenda sunt hæredibus ipsius, aut illi cui dotis restitutio fuerit stipulata: quia istæ arcæ sunt sequela dotis. Quod & voluit Gratian. discept. forens. cap. 498 num. 57. & 58. † Præsertim verò quando agitur de summa modica habito respectu ad dotem, provt hîc: quia non erat decimasextima pars totius dotis. Thesaur. decis. 195. numer. 7. vbi voluit sufficere quòd non excedat tertiam partem dotis: vt de eo indicemus tanquam de dote.

Nequè obstat illa decisio Seraph. 132. Quia loquitur in casu dubio in quo nullum aderat pactum de restituendo æstimationem: hîc autem maritus expressè summam illam 700. librarum recognouerat, & simul cum dote restituere promiserat, casu restitutionis adueniente.

Nec oberat pactum, quòd mundus muliebris ad superstitem ex dictis coniugibus pertineret: Cum nihil implicet quòd scrinia tradita pertineant ad superstitem, eo modo quo illæ vestes & iocalia per maritum faciendâ; æstimatio verò illorum tanquam pars dotis soluto matrimonio sit restituenda; perinde ac si pater illa genero vendidisset, quòd filia sua ornatior incederet. Itaque verba illa *ad superstitem pertinebunt*, referenda sunt ad scrinia, vestes, & mundum muliebrem; recognitio verò & promissio re-

- stitutionis ad illius æstimationem, ad 700. libras taxatam. † Nec refert quòd ex eo resultet inæqualitas donationis factæ inter virum & vxorem in casum superuitæ: Quia inæqualitas illa sustinetur præsertim dum ante contractum matrimonium facta fuit promissio, seu donatio. Gratian. *discept. forens. c. 498. num. 31. & 32.*
13. Quòd si ea non fuisset partium intentio, vt æstimatio hæredibus vxoris redderetur: frustra fuisset facta recognitio valoris, & æstimationis scriniorum, cum promissione de restituendo, eodem planè modo quo recognitio dotis, & promissio restitutionis illius: prout facta fuit relatiuè ad recognitionem dotis: argumentum autem vitandæ superfluitatis optimum est, dum agitur de interpretatione voluntatis contrahentium. Mantica. *de tacu. conuent. lib. 2. tit. 12. num. 2. & 3.*
14. Præterea cùm in dicto contractu facta fuerit mentio de iocalibus, & scriniis per maritum recognitis pro 700. libris; adduntur statim verba illa, ad quam summam fuerunt æstimata per amicos communes, & pertinebunt ad superstitem ex dictis coniugibus: quæ verba manifestè demonstrant clausulam illam, & pertinebunt ad superstitem solum intelligendam esse de ipsis scriniis, & non de illorum æstimatione: quia non fuissent vsi contrahentes verbis illis & pertinebunt; sed dixissent que summa pertinebit, &c. Et in dubio relatio fieri debet ad proximiora. Gloss. in l. 1. ff. de legat. præstand. Bartol. Castrenf. & alij in l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de hæredib. instit. atqui verba illa proximiora videlicet que fuerunt æstimata per amicos communes non possunt intelligi nisi de ipsis scriniis, & non de pretio eorum. Denique vt euitetur contrarietas, necesse est dicere quòd clausula recognitionis, & restitutionis promissæ de sola æstimatione intelligenda sit; cùm statim conuentum fuerit quòd corpus ipsorum mobilium, scriniorum & iocalium pertinebit ab superstitem. Atque ita fuit obseruatum, & mobilia patri restituta.



CAPVT XCVI.

Pañtum de succedendo in contractu matrimonij, de iure inualidum est, quando respicit successionem hæreditariam: sed moribus Gallicis sustinetur: Et quomodò debeat concipi illud pañtum, vt etiam subsistat secundum ius commune. Si donans reseruauerit sibi facultatem disponendi, in fauorem tertij, vel donatarij, & postea dictam facultatem executioni demandet, vtrum illa executio reseruationis operetur vt ex nunc, tempore secundæ dispositionis; aut vt ex tunc, respectu temporis donationis.

S V M M A R I V M.

1. In Gallia promissiones de succedendo facta in contractu matrimonij, valida declarantur.
2. Promissiones verò de succedendo extra contractum matrimonij, vel post illud facta, nulla & inualida etiam in Gallia declarari solent.
3. Reseruatio disponendi nihil operatur, nisi quæ-

nus de iure licita est, & executioni demandata dispositio.

4. Quæstio est admodum controuersa vtrum pater qui transiit ad secunda vota, possit plus relinquere liberis secundi matrimonij, quam liberis primi.
5. Ordinatio Regia conformis l. hac edictali. Cod. de secund. nupt. comprehendit etiam relicta liberis secundi matrimonij, vt non minus habere debeant filij primi matrimonij, quam secundi.
6. Declaratio facta in consequentiam matrimonij censetur inesse ipsi matrimonio.
7. Sed tamen pactum de succedendo inualidum esse, quamuis fiat in consequentiam matrimonij; si non fiat in eodem contractu, nullum esse in Gallia fuit decisum per senatum Tholosanum.
8. Pactum de succedendo respiciens institutionem hereditariam, nullum omnino est.
9. Fallit nisi fieret pactum de certis rebus particularibus.
10. Promissio successionis vniuersalis quamuis facta fauore liberorum, & contemplatione matrimonij, nulla est de iure communi.
11. Qui persuasit genero matrimonium sub promissione ampli patrimonij & hereditatis, verum ratione doli possit conueniri. Remissiuè.
12. Promissio de succedendo continens solam obligationem personalem, cuius executio differtur post mortem promittentis, est valida; nec potest vocari pactum de succedendo.
13. Promissio bonorum, & non hereditatis, est valida.
14. Ampliatur vt procedat, etiam si verbum succedere reperiat admixtum cum hac obligatione: quia non inde infertur successio hereditaria.
15. Ex promissione facta fauore liberorum primi matrimonij in odium filiorum secundi, quòd liberi primi matrimonij succedent aequaliter in bonis, non oritur prohibitio facultatis testandi.
16. Explicatur consil. Decij 184. & declaratur quomodo procedat.
17. Reseruatio sola nihil operatur nisi tamen postea transeat in dispositionem.
18. Dispositio facta in executionem præcedentis reseruationis, retrotrahitur ad tempus primæ dispositionis, maxime si tempore intermedio non fuerit ius quæsitum tertio.
19. Reseruatio facta per filium, successionis sibi deferenda, nihil iuris tribuit. Aliud est, quando donans sibi reseruauit facultatem disponendi de bonis donatis; tunc enim censetur reseruata facultas disponendi expressè, vel etiam tacitè, si donans moriatur sine testamento.

Illium mediante certorum bonorum donatione pater à residuo suæ successionis excluderat; sed post quinquennium penitentiâ ductus, & ne inter liberos lites oriri contingeret post eius obitum, declarauit quòd eo non obstante volebat quòd ille succederet æqualiter, sicut vnus ex suis alijs liberis cui plus relictum erat in omnibus bonis suis, qualia reperiebantur tempore mortis, facta collatione bonorum sibi donatorum. Tandem condito testamento, solum ei legauit dicta bona donata reuocauitque in dicto testamento posteriorem illam declarationem in fauorem filij sui factam.

Dubitauit filius seu nepos ex eo natus, vtrum dispositio illa seu declaratio per auum facta potuerit in testamento reuocari.

1. Difficultas in eo consistebat; primò quia ex consuetudine generali Gallie vbi bona erant sita, promissiones de succedendo extra contractum matrimonij factæ non subsistunt; quamuis in matrimonio sustineantur. Pap. lib. 20. tit. 2. arrest. 11. & 12.
2. Cod. Fabr. lib. 5. tit. 9. definit. 6. & 7. † Et per consequens declaratio illa quinquennio post matrimonium facta subsistere non potest. Siquidem successiones hæreditariæ per contractum deferti non possunt: & in terminis promissionis factæ, de non relinquendo plus, masculo quàm filia, pro nullitate decisum fuit apud Deci. consil. 184. per tot. multis rationibus: & nominatim quia libera testandi facultas per tales promissiones restringitur; quod bonis moribus contrarium est.
3. Et quamuis pater in dicto contractu matrimonij reseruauerit sibi facultatem disponendi de aliis bonis suis in fauorem filij sui donatarij: tamen reseruatio illa nihil operatur, nisi circa id quod de iure patri permissum erat. Ludouil. decis. 85. num. 11. & sequentib.

Verùm re diligenter consideratâ Respondi, nepotem ex filio patri suo donatario succedentem esse fundatum in sua præsentione, ipsique deberi æqualem portionem, quantam habuit vnus ex fratribus ex posteriore coniugio natis iuxta declarationem factam per patrem. Supponendo † quæstionem valde controuersam esse inter DD. vtrum pater potuerit minus donare vel relinquere filio suo ex primo matrimonio progenito, quàm filio secundi matrimonij; cùm adint plures Doctorum & supremorum Tribunalium decisiones, quibus statutum fuit *l. hac edictali. Cod. de secund. nupt.* locum habere, quando pater aut mater plus relinquit liberis secundi matrimonij quàm primi: vt videre est apud Vincent. de Franch. d. cisf. 435. Thefaur. decis. 170. Masril. decis. 175. Castil. de usufruct. cap. 2. num. 30. D. Ludou. Bell. consil. 81. num. 16. versic. superest. & num. 18. apud quos plures alij allegantur.
- 5. Et in effectu quamuis ordinationes Francisci I. & Henrici II. per quas dicta *l. hac edictali.* fuit naturalisata & effecta Gallica, non loquantur nisi de matribus; tamen iudicatum fuit prohibitionem non solum matres, sed etiam patres afficere; & non solum comprehendere parentes ipsos ad secunda vota conuolantes, sibi inuicem aliquid relinquentes; sed ipsos filios: vt non minus habere debeat filius primi matrimonij, quàm secundi: vt testatur Autum. ad dictam. *l. hac edictali. in princip.* Theueneau, sur les ordonnances lib. 2. tit. 3. art. 1. glos. 1.

Itaque pater qui præuidebat litem super hoc capite probabiliter obuenturam, inter filium vnicum primi matrimonij & liberos secundi, stante potissimum dicta constitutione Regia, & arrestis, voluit mediante dicta declaratione huic futuræ liri obuiam ire, & æquiores magisque in Gallia receptam opinionem sequi, vt filio primi matrimonij non minus daret quàm vni ex liberis secundi, cui plus relictum esset.
- 6. Dictaque declaratio quodammodo facta videtur in consequentiam matrimonij & reseruationis in eo contentæ: quia licet non sit expressa causa matrimonij; tamen sufficit quòd fiat ex causa quæ inde dependet, vel quando causa matrimonij secundùm subiectam materiam & personarum conditionem tacite intelligi potest, vt tunc illa præsumatur. Bald. Nouel. de dote, part. 6. priuileg. 14. num. 3. † Sed tamen quia

ista ratio non omnino concludit, & aduersus ipsam expressa adest decisio Maynard. lib. 5. cap. 90. vbi omninò requirit pro validitate huiusmodi pactorum de succedendo, quòd fiant in ipsomet contractu matrimonij: ideo vt negotium hoc cum faciliori fundamento decidatur,

Notandum est; pacta huiusmodi de futura successione tribus modis concipi posse. † Primò quando verba promissionis respiciunt directè institutionem hæreditariam vniuersalem; veluti si quis dixerit, *promitto quòd Titius erit meus hæres*: & hoc casu talis promissio nulla est, tanquam contraria liberæ testandi facultati. Glos. in *l. final. in verb. pacifici. Cod. de pactis*, & est communis Doctorum traditio. Peregr. de fideicom. artic. 33. num. 50. Marta de success. legali. part. 3. quæst. 4. art. 2. numer. 15. † Nisi tamen pactum fieret de certis rebus particularibus: vt idem docet consil. 191. num. 7. † In vniuersali autem promissione res est indubitata, ex Grassio. §. *successio ab intestato. quæst. 9. per tot.* Fufar. de *substit. quæst. 308. per totam*, etiam si ageretur de fauore liberorum, *l. pactum quòd dotali. & ibi DD. Cod. de pact.* quamuis donatio facta fuisset contemplatione matrimonij. Peregr. consil. 65. & 69. volum. 1. Cyriac. *controuers. 88. num. 6.* Circa quod tamen (quia nostri non est instituti) videndus est idem Peregr. consil. 118. num. 8. volum. 5. & per tot. † vbi de eo qui persuasit genero matrimonium sub promissione hæreditatis, & ampli patrimonij. Menoch. consil. 1136. num. 8: de quo etiam Fontanel. de *pactis nuptialib. tom. 1. cians. 4. glos. 9. part. 4. num. 15.* Neufan. in *filua nupt. lib. 2. numer. 120.* Cancer. *part. 3. cap. 7. de pact. numer. 143.*

Secundus casus est, quando promissio respicit obligationem personalem illius qui promittit, relatam ad tempus quod euenire debet post obitum promittentis; & hoc casu non dicitur pactum de hæreditate viuents, sed promissio bonorum quæ valet in vim contractus, & est irreuocabilis. Barr. in *dicta l. finali, num. 11. Cod. de pact. & consil. 212. num. 1.* Mich. Grassus in *dict. §. successio ab intestato, quæst. 9. n. 18.* Marta de *success. legali, part. 3. quæst. 4. artic. 2. n. 15.* quia conditio est quidem obuentura post mortem, sed ex tunc viuente testatore nascitur obligatio, quæ postea adimplenda est per hæredes; & sic non est pactum futuræ successionis. Menoch. consil. 1116. num. 8. vbi vndecim Doctores pro hac sententia allegat. Crauet. consil. 139. num. 2.

Tertius est casus, isque à iure approbatus; quando promissio facit mentionem bonorum, & non hæreditatis, prout in hoc casu, in quo pater voluit quòd filius suus succedat æqualiter in omnibus bonis suis, qualia reperientur tempore mortis suæ; nec vllam hæreditatis mentionem facit. Gabriel. consil. 137. num. 21. 22. & 23. volum. 1. † Nam etiam si verbum de succeder reperitur admixtum in hac promissione, & obligatione; tamen quia testator bonorum, non autem hæreditatis mentionem facit, pactum illud est validum, non obstante mentione successionis; cùm de bonis tantum in eo facta fuerit mentio, & exequutio dilata post tempus mortis; quamuis hanc distinctionem inter bona & hæreditatem, impugnare videatur Cyriac. *dicta controuers. 88. num. 22.* tamen contraria opinio pro validitate pacti verior est, & receptior: vt dicit Menoch. loco citato Anchar. *dict. quæst. 32. num. 4. lib. 3.* Gabriel. *dicto consil. 137. num. 23. in quinta conclus.* Bellon. Jun. consil. 22. n. 12. 13. & 14. Purpurat. consil. 402. num. 83. cum pluribus allegatis per Cyriac. *dicta consouersa 88. num. 6.*

15. Et ex his resoluuntur dubia in contrarium allata: quia ex tali promissione non auferitur libera facultas testandi patri, sicut dum vigore *l. hac edictali*, illi prohibetur plus relinquere vni quàm alteri. Neque dicta promissio potest dici contra bonos mores, cum sit confirmis aequitati, arrestis, & ordinationibus Regiis, & plurimorū Doctorum opinioni; faueatque liberis primi matrimonij: iuxta tradita per Thesaur. *dicta decis. 170. num. 17.*

16. Quod atinet ad *consil. Decij 184.* Responso clara est apud Purpurat. *dicto consil. 402. numer. 2.* quòd doctrina illa non habet locum quando promissio incipit à promittente, exequutio verò incipit ab hærede: vt supra explicatum fuit.

17. Postremò quod opponitur reseruationem nihil operari verum est, quando contrahens remanet in simplicibus terminis reseruationis: aliud est quando reseruatō transit in dispositionem, prout hîc: quia pater in exequutionem dictæ reseruationis processit ad dispositionem in dicto instrumento declarationis. Menoch. *consil. 341. numer. 22. versic. tertius casus.* post Crauet. *consil. 211. numer. vlt.* & alios apud ipsum citatos. † Et certum est dispositionem factam in exequutionem præcedentis reseruationis, retrorahi ad illius tempus; & ab ipso initio pro facta haberi debere: præsertim cum tempore intermedio, inter

18. primam donationem, & declarationem, nullum ius fuisset quæsitum liberis primi matrimonij, quod solum prætendunt vigore testamenti postea confecti: quod optimè explicat Francisc. Merlin. *controuers. centur. 2. capit. 9. per tot.*


19. Decisio verò Ludouic. 85. *numer. 11.* & aliæ similes quibus dicitur reseruationem substitutionis debere duntaxat intelligi de successione ab intestato, intelligenda est vt locum habeat quando ipsemet filius sibi ius successionis reseruat; non autem quando pater sibi reseruat facultatem disponendi: nam tunc illa reseruatō intelligitur propriè de dispositione expressa; impropriè verò de tacita, quæ fit dum reseruans moritur sine testamento. Menoch. *lib. 4. præsumpt. 27. per tot. Rot. decis. 163. num. 14. part. 7. recent.*

Et ex his Respondi dictam declarationem à patre factam quinquennio post donationem matrimonialem in fauorem filij, primi matrimonij, validam esse: nec per liberos secundi matrimonij impugnari posse. Et secundum hæc scripta iudicatum fuit per supremam curiam Parlamenti Araucensis, Clarissimo & Excellentissimo Domino de Seruan Præsidi viro vt eruditione ita & integritate conspicuo, in causa D. Guillelmi de Ruat, Contra D. Bartholomæum de Ruat, his verbis.

La Cour en enterinant la requeste dudit Guillaume Ruat, Condamne ledit Barthelemy Ruat à luy vider la moitié des biens & heritage dudit defunct Guillaume Ruat suuant le partage qui en sera fait entre lesdites parties par Experts, desquels elles conuindront, ou qui à defaut de ce seront pris d'office par le Commissaire executeur de l'arrest: Et qu'à ces fins exhibera audit Guillaume le liure de raison & tous autres actes & documens de l'heritage dudit defunct Guillaume, toutes les fois que besoing sera, pour en tirer par ledit demandeur telles instructions qu'il aduysera, avec restitution des fruicts dès le decés dudit feu Guillaume, faittes au preallable les detractions & imputations qui doiuent estre faittes de droit. En rapportant & conferant par ledit Guillaume demandeur au corps des biens dudit feu Guillaume, tout ce qui auoit esté par luy donné à feu Louys Ruat son fils Pere dudit demandeur en son contract de Mariage, ou leur legitime va-

leur, avec semblable restitution des fruicts dès le decés dudit Guillaume, &c.

Publié à la Barre du Parlement d'Orange le 26. Iour de May 1648.



CAPVT XC VII.

Contractus annui redditus, vtrùm sit nullus ex eo, quòd fuit conceptus ex areragiis annorum præcedentium. Item vtrùm sit licitum creditori annui redditus accipere pignora pro sui securitate. Denique vtrùm census impositio sit valida, quando facta fuit super re aliena, vel non libera, quando dominus illius rei postea consensit; vel quando supersunt alia bona sufficientia pro securitate creditoris.

S V M M A R I V M.

1. Interesse alterius interesse non debetur.
2. Censum ex censibus decursis conceptum inuolidum esse multi DD. existimant.
3. Contrarium verius est, quando agitur de vero interesse debito.
4. Si debitor annui redditus non soluat pensiones currentes condemnandus etiam est ad interesse illarum, probatis requisitis.
5. In censu verum debitum præcedens, vim habet numerationis, vbi Bulla non est recepta.
6. Censu decursos cessante Bulla in sortem conuerti posse verius est, dummodo cesset deprauata intentio.
7. Interesse debetur ex alio interesse calculato.
8. Pignora capi possunt pro securitate census annui, quando adest spes luitionis; secus si illa spes non adsit.
9. Pignora multo magis capi possunt pro securitate annui redditus, in locis vbi Bulla Pij V. non est in usu.
10. Impositio census super re aliena validatur, si dominus illius rei consensum postea præbeat; vel alia sint bona æquivalentia hypothecata.
11. Idem obtinet, si non quidem res sit aliena, sed alicui restitutioni obnoxia.
12. Si tamen censum imponens dolosè se gesserit, potest agi ad fortis restitutionem, loco damnorum & interesse, & ad contractus annulationem.
13. Si quis scienter super re aliena tanquam propria censum imposuerit, consensus proprietarij superueniens, non reddit validum illum contractum.
14. Intellige vt locum habeant prædicta ex mente aliquorum, si census fuerit impositus super certo prædio; non autem generaliter, quando super omnibus bonis debitoris, vel super pluribus alijs prædijs idoneis.
15. Sed tamen hoc casu vnum saltem prædium cum suis consribus debet designari.
16. Designationem certi prædij cum suis consribus, etiam vbi Bulla Pij V. non est recepta, esse necessariam in censu; quidam tenent.
17. Designationem certi prædij cum suis consribus in locis vbi Bulla Pij V. non est in usu, necessariam non esse verius est.

Contractus annui redditus tribus ex capitibus impugnabatur. Primò, sub eo prætextu quòd pars dicti census concepta fuerit ex areragiis seu reliquis alterius anni redditus. Secundò, quòd emptor pro sua securitate habere voluerit pignora præ manibus, quòd dicebatur quodammodo sapere vsuram, vel alium contractum illicitum. Tertio, ex eo quòd super alienis bonis absque consensu domini impositus reperiebatur.

- Quoad primum caput: cum in his partibus Bulla Pij V. de censibus non obseruetur, vt aliàs diximus, & dictus annui redditus venditor verè & realiter deberet pensiones illas decursas; verius est contractum non potuisse ex illo capite impugnari. Licet enim generalis sit regula, quòd fructus fructuum, & interesse alterius interesse non debeatur, exceptis certis casibus, l. fin. ff. de peric. & commod. rei vendit. & l. final. Cod. de vsur. rei iudic. † Adeo vt non desint Doctores qui contractus ex censibus decursis conceptos, inualidos esse censuerint; vt Madius, in tract. de cens. requisit. versic. ad decimum septimum. Mament. de iur. contract. linell. quæst. 6. num. 24. & alij quos recenset Giurb. decis. Sicil. 24. num. 3.
- Tamen DD. illi loquuntur ferè omnes in terminis dictæ Bullæ Pij V. quæ realem & actuaalem exigit numerationem pecuniæ; sed cessante Bulla, contrarium verius est; quia istud interesse non amplius est interesse, sed fors principalis; quamuis aliud sit quando ageretur de alio interesse vsurario, aut quòd iure actionis minimè deberetur. Gratian. discept. forens. cap. 224. num. 48. & 52. Gaspar. Roderic. de annuis reddit. lib. 3. quæst. 7. num. 28. versic. secundo limita. † Ita vt si debitor annui redditus non soluat singulis annis, & condemnationem expectet, etiã ad interesse istius summæ procedentis ex reliquis, annui census condemnandus sit, probatis requisitis. Vrsil. ad Afflict. decis. 291. num. 6. & ibi Pisanell. nec non Thesaur. lun. lib. 1. quæst. 32. num. ult. in fin. † vbi dicit sufficere quòd loco numerationis per Bullam requisitæ, detur in solutum pro censu debitum præcedens: quòd & voluit Surd. consil. 162. num. 38. quamuis propter Bullæ præcisa verba, opinio Surdi sit dubia, & eam impugnet Gratian. discept. forens. cap. 853. num. 36. nisi tamen census esset constitutus ante Bullam, vel in loco vbi Bulla non est recepta. Gratian. Ibidem, num. 35. Rota apud Censium, decis. 92. num. 5. & 6. † Et ideo contractum esse validum cessante Bulla, quamuis redditus decursi in sortem conuersi fuerint, iudicatum refert Petr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. num. 33. in fin. versic. vidi tamen posterioribus. Mut. decis. Sicil. 73. num. 8. vbi hanc dicit esse tutissimam & facilem opinionem. Giurb. decis. 24. num. 34. quia fructus induunt naturam sortis. Roderic. de annuis reddit. lib. 3. quæst. 7. n. 28. Giurba dicta decis. 24. num. 38. Quòd maximè procedit quando interesse decursum est notabilis quantitatis, Vrsil. ad dictam decis. 291. num. 6. Cauallcan. decis. 21. num. 30. part. 1. dummodo (inquit) absit deprauata intentio: & decis. 14. num. 24. Cost. de rata, quæst. 142. num. 13. † Qui generaliter dicunt interesse deberi ex alio interesse calculato: sed in propriis terminis idem quòd supra, tenet Mastrill. decis. 262. num. 19.
- Quòd attinet ad secundum caput; non propterea minus creditor potest recipere fructus decursos & in futurum decurrendos, quamuis pignora pro sua securitate acceperit: quia licet aliqui DD. contrarium existiment, tamen intelligendi sunt quando non adest spes redhibitionis, & hoc cognitum est tam debitori quàm creditori; secus est quando

adest spes probabilis reuolutionis: vt explicat Duard. in tract. de censib. §. 5. quæst. 44. in 1. & 2. conclus. quia dum nulla adest spes reuolutionis, perinde est ac si pignora fuissent alienata, & per consequens non possunt haberi simul pignora, & exigi redditus. Quòd enim sit vera alienatio, probatur ex traditis per Pacif. de saluan. interdicto, inspect. 3. cap. 2. num. 41. & in illis terminis loquitur Cens. in tract. de censib. quæst. 60. num. 44. & 45. dicens hoc casu perinde esse, ac si census esset extinctus, & redemptus: & quæst. 107. num. 29. † Ultra quòd loquitur in terminis Bullæ, quæ apud nos vsu recepta non est: & ita doctrinam Censij intelligit Duard. dicta quæst. 44. maximè num. 10. versic. & quamuis contrarium.

In tertio capite; verum est census impositionem factam super re aliena, vel non libera, sustineri; si dominus illius rei consentiat, vel alia bona sufficientia sint obligata: vt de primo, Cens. quæst. 14. Rota apud eundem, decis. 13. num. 1. Duard. de censib. §. 1. quæst. 25. num. 21. † De secundo, Foller. de censib. num. 18. Pacif. decis. 83. num. 15. Cens. decis. 57. num. 6. & 64. num. 1. Rota in recent. decis. 571. numer. 3. part. 1. quæ fuit confirmata decis. 620. num. 3. part. 2. recent. Mangil. de euet. quæst. 83. num. 30.


Hæc vera sunt quando agitur de simili impositione census super re aliena; sed quando quis censum imposuit dolosè super re aliena, tanquam propria; contractus nullus est: & emptor potest agere ad restitutionem sortis, loco damnorum & interesse: Ludouif. decis. 88. num. 3. & 10. & decis. 564. num. 5. Quòd procedit etiam in locis vbi Bulla Pij V. non est recepta. Duard. de censib. §. 1. quæst. 25. num. 18.

Sed quòd plus est hoc casu, quando quis per mendacium censum imposuit super re aliena tanquam propria, consensus veri domini superueniens non conualidat impositionem census nullitèr factam, inuito & reclamante census emptore. Giurb. decis. 24. num. 1. & 2. dolus enim qui dedit causam contractui, illum reddit nullum l. & eleganter, in princip. ff. de dolo, quia alioquin emptor non fuisset emptutus. l. qui heres, in princip. versic. est in potestate. ff. de except. rei iudic. Seraph. decis. 1275. num. 3. & in puncto casus propositi, Gratian. discept. forens. cap. 175. num. 22. & 23. & decis. 13. num. 18. 19. & 24. Cens. de censib. quæst. 106. num. 9. & quæst. 42. num. 21.

Sed tamen doctrinæ superius allatæ locum habent, quando census fuit impositus super certo prædio; non autem quando generaliter super bonis debitoris, vel super pluribus bonis stabilibus sufficientibus verè ad venditorem census pertinentibus; tunc enim sustineretur, & validus esset census: vt patet ex dicta decis. Rotæ, 571. num. 3. part. 1. recent. & decis. 620. num. 3. part. 2. Gratian. cap. 777. num. 7. † Intelligendo tamen, vt saltem vnum prædium verè pertinens ad venditorem fuerit designatum: vt dicit Boca. de censib. part. 1. num. 38. 39. & 41. Surd. consil. 318. num. 6. versic. ad id verò. † Quia etiam in locis vbi Bulla Pij V. non est recepta, designationem certi fundi cum confinibus esse necessariam; quamuis adsit generalis bonorum obligatio ex ipsis Martini & Calixti constitutionibus, tenuit Censius, quæst. 40. numer. 4. & 24.

Sed quidquid dicant præfati DD. census potest generaliter constitui super omnibus bonis debitoris, etiamsi non designentur cum suis confinibus. Duard. de censib. §. 1. quæst. 4. num. 22. & 23. & eodem §. 1. quæst.

quæst. 51. num. 4. Atque ita passim in his partibus obseruatur ab antiquissimo tempore: & ideo contractus non annullatur, quamuis vnum prædium indebitè fuerit designatum, nisi vt dictum est probetur verus dolus; dummodo alia prædia & bona generaliter obligata, sint idonea & sufficientia pro securitate creditoris.



CAPVT XCVIII.

Ostenditur ex communi Doctorum opinione liberos in conditione positos in contractibus, nõ esse dispositiuè vocatos, nisi concurrentibus legitimis: coniecturis neque quoad hoc fieri debere differentiam inter contractus & vltimas voluntates: & eodè modo in contractibus, sicut in testamentis filios censerì positos in conditione duntaxat ad excludendum substitutos; non autem vt ipsi includantur: Et conditionem si sine liberis appositam, esse fauore donatarij, & in odium substituti; non autem vt donatarius vocetur. Ostenditur non posse hoc casu duci argumentum à contrario sensu; & si duceretur, esse erroneum: Et quomodò dictum argumentum à contrario sensu procedere possit.

S V M M A R I V M.

1. Filij in conditione positi, non censentur dispositiuè vocati ex eo solo, quòd positi fuerint in conditione in contractu: sed præterea necesse est, vt concurrant coniecturæ sufficientes: ex veriori & receptiori sententia.
2. Conditiones appositæ in contractu donationis censentur potius appositæ ad excludendum substitutos, quam ad includendum positos in conditione.
3. Filij in conditione positi in contractibus non possunt alienata reuocare: sed pater donatarius potest de bonis donatis ad libitum disponere.
4. Filij in contractibus ponuntur principaliter in conditione fauore grauari; & in odium substitutorum.
5. Sicut in statutis, ita & in pactis filij in conditione positi non censentur vocati.
6. Statutum Urbis vult filios in conditione positos censerì vocatos, quòd effecit vt Rota nonnunquam pro illorum vocatione in contractibus iudicauerit.
7. Ex actibus conditionalibus regulariter non inducitur aliqua dispositio, vel conuentio.
8. Filij habent ius tantum in spe, quando sunt positi in conditione, etiam in contractibus: id est, quatenus patri succedant ex testamento, vel ab intestato.
9. Argumentum à contrario sensu debet strictè & secundum limites verborum accipi.
10. Ex argumento à contrario sensu non potest colligi dispositio; sed duntaxat exclusio.
11. Datur medium inter excludere, & vocare.
12. Non valet consequentia si ex eo quòd filij sine li-

beris decedentibus facta fuerit substitutio, inferatur ipsos filios esse vocatos.

13. Ostenditur quòd tria specialia contra iuris dispositionem in eodem casu concurrerent, si argumentum à contrario sensu non caperetur præcisè iuxta limites verborum.
14. Ex eo quòd fauore donatarij constitutum est, non debet capi consequentia in odium ipsius.
15. Positi in conditione in statutis, non censentur dispositiuè vocati; sed tantum ad excludendum eum, qui succedere deberet in defectum ipsorum.
16. Rota Romana iudicauit filios positos in conditione in contractibus non censerì dispositiuè vocatos; nisi concurrentibus coniecturis legitimis eodem modo quòd in testamentis.

Donatione facta sorori cum substitutione Monasterij, si ipsa sine liberis decederet, ipsa sorore pro se, & suis hæredibus, & successoribus quibuscumque stipulante: Dubitatum fuit vtrum liberi in conditione positi in illo contractu essent dispositiuè vocati. In qua quæstione Dixi, quamuis ageretur de contractu liberos non esse dispositiuè vocatos, nisi concurrant vocationis coniecturæ; ita vt non debeat fieri differentia inter testamenta, & vltimas voluntates; & ad hoc in medium adduxi Doctores sequentes.

1. Bart. in l. cum dotem. numer. 9. & 10. ff. solut. 1. matrim.
2. Bald. in l. hereditariis, num. 10. & sequen. Cod. de hereditar. actionib.
3. Alciat. in l. Lucius. ff. de heredib. instit.
4. Castrenf. in dicta l. si cum dotem. numer. 9. ff. solut. matrim. versic. secundo casu.
5. Angelus, in dicta l. si cum dotem. num. 2. versic. finaliter dixit.
6. Alexander, in eadem l. num. 16. versic. quam secundo modo limita.
7. Sanch. in l. heredes mei. §. cum ita. num. 722. ff. ad Trebel.
8. Purpurat. in l. 1. n. 684. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdict.
9. Barbof. in dicta l. si cum dotem. numer. 34. & sequentibus.
10. Rustic. de filiis in condit. posit. part. 1. capit. 3. num. 7.
11. Mantie. de tacit. conuent. lib. 2. tit. 14. num. 19.
12. Francisc. Marc. part. 2. decis. 22. num. 2.
13. Craueta videndus, consil. 288. num. 3.
14. Ludou. Bellus. consil. 118. num. 11. vbi testatur de magis communi.
15. Socin. Iun. consil. 108. n. 34. volum. 2.
16. Papon. notar. 1. tit. de fideicom. substit. versic. Aucuns ont.
17. Ruin. consil. 99. n. 14. lib. 1.
18. Galgan. de condit. & demonstr. part. 2. capit. 1. quæst. 97. num. 15.
19. Peleus, quæst. illust. 54. vbi ita decisum testatur.
20. Ferrer. ad Guid. Pap. quæst. 39. vbi ita iudicatum testatur in Curia Tholosana.
21. Barri de success. lib. 8. cap. 2. num. 28. vbi ita iudicatum refert.
22. Peregr. de fideicom. artic. 28. num. 29. vbi postquam illam sententiam tenuisset in prima impressione, eandem confirmat in noua additione per ipsum facta.
23. Fontanel. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 24. numer. 15.
24. Cancerus, lib. 1. variar. resol. c. 1. n. 102. in nonis.

quos omnes aliàs allegabam anno 1636. in causa Communitatis Villæ Iusulæ, contra Dominum de Nesmont tunc pendente coram Domino Auditore Legationis, quibus etiam postea respondendo dubiis addebam

25. Castillo, *lib. 4. controuersiar. cap. 55. num. 15. & sequentibus.*

26. Argent. *in consuet. Britann. articl. 220. des donationis.*

27. Castellion. *in repetit. l. si constante. num. 19. & 20.*

28. Mastrill. *decis. 175. num. 1.* vbi in hac quæstione æquiparat contractus, & testamenta: & se remittit ad tradita per eum *decis. 121.* concludens in suo casu filios positos in conditione in contractu censerì vocatos ex coniecturis.

29. Casanat. *consil. 48. num. 7.* vbi loquitur in fortiori-

2. bus terminis: & benè ostendit † quòd conditio appo- sita in donatio censerì debet apposita ad excluden- dum, non ad includendum: & *num. 9.* † vbi quòd pa- ter tali casu potest de bonis liberè disponere, & filij in conditione positi non possunt alienata reuocare: &

3. ad hoc allegat Castrenf. *in dictal. si cum dotem. & per totum illud consilium, & num. 70.* † vbi dicit quòd

4. hoc casu filij ponuntur in conditione principaliter fa- uore grauati, & secundariò fauore ipsorum filiorum: &

5. *num. 81.* † concludit doctrinam Castrenf. qui loquitur in statuto, locum etiam habere in pacto: quod etiam

voluit eodem *consil. num. 37.*

Et quamuis ex aduerso diceretur ex cathalogo nostro delendos esse Bald. & Castrenf. Tamen hoc non ita se habet si benè verba vtriusque perpendan- tur: & Addition. ad Bald. *in dictal. pro hæreditariis. in verb. liberis.* clarè concludit pro nostra sententia: quem ideo Peregr. *in dicta additione ad articul. 28. à num. 29.* pro hac sententia allegat.

6. Nec Rota *in recent. decis. 142. num. 3. part. 4.* ali- quid determinat; sed loquitur conditionaliter: vt pa- tet in illis verbis, *data veritate illius opinionis,* sicuti & in aliis decisionibus quæ in contrarium allegari possent, quæ vel nihil præcisè determinant, vel lo- quuntur in terminis statuti Romani volentis filios in conditione positos censerì dispositiue vocatos.

7. Et præmissa sententia optimis nititur rationibus; quia ex verbis conditionalibus nunquam inducitur dispositio, siue conuentio. *l. si quis sub conditio- ne. ff. si quis omiff. caus. testament.* Præterea liberi censentur tantum positi in conditione ad excluden- dum, non autem vt includantur in dispositione:

8. † sed tantum in spe eis prouidetur, si patri ex testamento, vel ab intestato succedant: iuxta tradita in *gloss. final. in l. Lucius. secunda. ff. de hæ- red. instit.*


9. Neque hoc casu validum est argumentum à contrario sensu, imò planè ruinosum: quia illud debet strictè & secundum limites verborum acci- pi: † & ideo non potest duci ad inducendam di- spositionem, sed tantum ad excludendum quod disponitur in casu contrario. Ioan. Anth. Bellon. *consil. 1. numer. 44.* Peregr. *consil. 144. numer. 6. vo- lum. 5.* † Nam inter excludere, & vocare, datur medium: & ideo liberis extantibus donator non vocat, nec excludit, sed relinquit dispositioni iuris communis: vnde Purpuratus *in dicta l. 1. de officio eius. numer. 684.* dicit Iasonem malè vti hoc argu- mento. † Nam in bona Logica sic fieri debet argu- mentum: substituo si Titius decesserit sine liberis, ergo si cum liberis decesserit, non substituo: non enim valet consequentia si dicatur; donator substituit Richardæ hospitale, si Richarda sine liberis de- cesserit: ergo si cum liberis decesserit, substituit

iplos liberos: vt *ibi* benè explicat Purpurat. Atque ita ferè respondet Bellus, *consil. 118. numer. 12.* subdens *numer. 13.* † Quòd si hoc casu argumen- tum à contrario sensu procederet; tria specialia si- mul concurrerent. Primò, quòd verba conditio- nalia disponerent. Secundò, quòd disponerent à contrario sensu. Tertio, quòd istud argumentum duceretur ex verbis priuatiuis, & negatiuis: quod dici non debet.

Et sanè dum donator liberos grauati posuit in conditione, illud censetur factum in fauorem gra- uati, & ad exclusionem substituti: † & sic cum prin- cipalis intentio donatoris fuerit excludere substitu- tum in casum euenientis conditionis, non debet ex eo desumi consequentia, vt voluerit donator retor- quere donationem in odium donatarij; cum eius in- tentio fuerit excludere non grauare; & principalis in- tentio sit attendenda.

Vnde si in statuto dictum fuerit quòd filiis non 15. extantibus maritus in dote succedat; si filij extant habent tantum vim excludendi, ita vt illis reseruata tantum sit successio legitima, quatenus necessaria sit ad exclusionem mariti, respiciendo videlicet prin- cipalem intentionem statuentium, quæ versatur circa exclusionem, non respiciens ad inclusionem. Casanat. *dicto consil. 48. numer. 6.* † Et per supradic- ta, & alia quæ etiam deduxi in causa Illustr. Do- minæ Catharinæ de Fortias, contra Illustr. Domi- num de Pol, in Auenionens. Fideicommissi super Ca- stro sancti Tronqueti, iunctis aliorum doctissimis al- legationibus, Rota Romana sic decidit *die 30. Aprilis 1646. vers. Hinc corrui quinta.* vbi fuit determina- tum, quamuis ageretur de donatione facta in contra- ctu, filios in conditione positos non censerì dispo- sitiue vocatos, nisi concurrant concludentes coniectu- ræ, prout in vltimis voluntatibus requiruntur. Quæ decisio fuit confirmata per eandem Rotam Roma- nam *die 11. Martij 1648.* coram R. P. D. Verospio eiusdem Rotæ Auditore eruditissimo, *in versic. Cum in contractu pariter requirantur coniectura concluden- tes, &c.* quæ decisiones superiùs inferuntur post *c. 55.*

Et secundum hanc sententiam ego aliàs consulueram anno 1636. requirentibus Dominis Consulibus Vil- læ Insulæ Comitatus Venayssini: Et in illa etiam causa sic fuerat coram Domino Auditore Legationis tunc iudicatum.



CAPVT XCIX.

In fideicommissis ascendentium locum esse repræsentationi, maximè si adiecta sit clausula, *in stirpes, & non in capita.* Qui tamen vocatus non est, non potest repræsentare vocatum, maximè si dispo- sitio sit ad certas personas, & gradus restricta; aut de solis primi gradus liberis testatorem sensisse colligatur. Et ad effectum repræsentationis, vtrum atten- datur persona testatoris grauantis, vel hæredis grauati. Clausulam *in stirpes* non esse extendendam extra gradum, & personas, quarum respectu fuit appo- sita; sed ad illa restringendam, & referen- dam esse.

S V M M A R I V M.

- 1 Representacioni locus est in fideicommissis, & nepos concurrat cum patruo, quando agitur de fideicommissis ascendentium.
- 2 Tunc maximè representacioni locus est, quando adiecta fuit clausula in stirpes, & non in capita.
- 3 Representatio non habet locum nisi respectu portionis ad quam tam pater quam filius vocantur.
- 4 Filius per representacionem succedens, debet succedere ex proprio capite, & per consequens debet esse vocatus.
- 5 Representacioni non est locus, quando testator ad certas personas & gradus dispositionem suam restrinxit.
- 6 Substitutis liberis testatoris, vel eorum liberis, de quibus discretivè mentio facta est cum liberis ulterioris gradus, cessat representatio.
- 7 Qualibet coniectura sufficit ut dispositio ad solos primi gradus liberos restringatur.
- 8 Discretiva loquutio de liberis, & liberorum liberis, fortius operatur quando testator eà loquendi forma usus est in diuersis sui testamenti partibus.
- 9 Clausula superuientem, vel superuientes inter ipsos, est merè personalis, & excludit representacionem.
- 10 Substitutio de superuientibus, & eorum liberis excludit representacionem.
- 11 Vna pars testamenti aliam non declarat, quando constat de contraria voluntate.
- 12 Verba illa ex ipsorum propriis corporibus, sunt personalia, & contraria representacioni.
- 13 Verba leirs enfans significant immediatos & proximiores, & sic excludunt representacionem.
- 14 Dictio suos, personalitatem continet, & representacionem excludit.
- 15 Similiter verba dictorum liberorum, sunt personalia.
- 16 Clausula ex eorum corporibus, reuocatur in dubium; sed tamen iuncta cum aliis operatur ad exclusionem representacionis.
- 17 Coniectura non sunt separatim consideranda, sed simul coniungenda; & in coniecturis non est cum rigore procedendum.
- 18 Quando testator Iurisperitus non est, appellatione des enfans liberi soli primi gradus continentur: iuxta communem usum loquendi, qui attendendus est.
- 19 Immo in genere dum agitur de testatore imperito, soli primi gradus liberi appellatione liberorum continentur.
- 20 Multi existimant dum queritur vtrum agatur in fideicommissis de ascendentibus aut collateralibus, inspiciendum esse an ultimus defunctus & grauatus, fuerit collateralis, an ascendens.
- 21 Si grauatus non sit patruus, sed parrui filius, multi tenent non esse locum representacioni.
- 22 Quando mutatur linea vel sexus, inspicitur persona grauantis.
- 23 Vltimi grauati proximitatem regulariter attendendam esse.
- 24 Sed in hac questione cuius proximitas sit attendenda,

da, praualent coniectura voluntatis.

- 25 Etiam mutata linea proximitatem grauati inspiciendam plurimi crediderunt.
- 26 In hac questione proximitatis, inspiciendum est ad quem verba testatoris dirigantur.
- 27 Verba leirs enfans ostendunt testatorem respexisse personas grauatas.
- 28 Questio cuius proximitas sit attendenda cessat, quando nepotes non fuerunt villo modo vocati tunc enim cessat questio representacionis.
- 29 Quando vnus vni proximior, aut alia ratione vult alium excludere, cessat representacionis questio.
- 30 Clausula in stirpes, & non in capita, producit effectum quoad illum gradum & personas inter quas adiecta fuit.
- 31 Ex illa clausula nihil infertur ad alios sine ipsa in aliis testamenti partibus vocatos.
- 32 Per illam clausulam non fit alteratio gradus, sed dispositio easdem personas continet, quas contineret si illa clausula appositae non esset.

Repræsentacioni locum in fideicommissis, & eo iure nepotem concurrere cum patruo DD. vnanimi consensu fatentur, quando agitur de fideicommissis appposito in testamento ascendentis: vt testatur Couar. pract. quest. cap. 38. Menoch. consil. 124. num. 84. Honded. consil. 70. n. 20. & n. 73. lib. 1. & consil. 63. num. 9. lib. 2. Alciat. consil. 59. n. 12. lib. 9. Fusar. de substit. quest. 485. num. 22.

Quod præsertim ita dicendum est, quando testator vocauit substituimus cum clausula in stirpes, & non in capita: quo casu omnes concludunt locum esse repræsentacioni, non solum in fideicommissis ascendentium, sed etiam collateralium. Peregr. de fideicom. q. 21. n. 18. & consil. 58. n. 8. lib. 4. consil. 129. lib. 5. Menoch. consil. 357. numer. 7. Rota, decis. 426. numer. 5. versic. & maximè. part. 4. diuers. idem Menoch. lib. 4. præsumpt. 95. numer. 35. Graff. §. fideicommissum. quest. 11. num. 7.

Contrarium tamen negotio diligenter examinato verius esse Dixi, ex sequentibus rationibus.

Primo, quia repræsentatio præsupponit vocationem, neque locus illi est, nisi ad portionem in qua tam pater quam filius vocantur; ita vt necesse sit vtrumque ad fideicommissum ordine successiuo vocatum esse. Gabriel. consil. 2. num. 16. volum. 2. † Quia cum per repræsentacionem filius ex proprio iure admittatur, impossibile est id fieri, si ipse filius vocatus non sit. Rot. decis. 100. n. 8. part. 1. recent. & apud Seraph. decis. 1479. n. 3. vbi redditur ratio: quia si aliter diceremus, semper per indirectum defunctus repræsentatiuè in persona filij succederet: & quamuis ibi in margine citentur aliqui DD. in contrarium; illi tamen nihil decidunt contra principalem conclusionem, sed tantum tractant illam questionem, vtrum nepos sit vocatus ad portionem patruui: immò pro hac sententia citantur Soccin, & Mantica. Ille hoc idem testatur consil. 14. n. 7. volum. 3. hic in tract. de coniect. lib. 8. tit. 9. num. 2. vbi dicit quod si nepotes non intelligantur vocati, non est disputandum vtrum possint succedere in locum patris defuncti.

Quotiescumque enim constat de voluntate testatoris restricta ad certum gradum, & ad certas personas; veluti quando solos liberos primi gradus vocauit: non potest locus esse repræsentacioni. Addent. ad Alexand. consil. 204. n. 6. litera, A. volum. 2. Curt. Iun. consil. 22. n. 11. Couar. pract. qu. c. 38. n. 4. versic. quinto. Cancer. lib. 1. variar. resol. cap. 5. numer. 54. versic. illud etiam

- etiam. Peregr. *consil.* 52. *num.* 8. & *sequentib. lib.* 5. & *de fideicom. art.* 21. *n.* 24. Intrigliol. *de substit. centur.* 3. *qu.* 87. *n.* 28. vbi plures allegat. Ruyn. *consil.* 181. *num.* 5. *lib.* 2
6. Vnde cum testator substituerit filios suos; quos propriis nominibus designauerat, vel eorum liberos legitimos & naturales procreatos ex illorum corporibus, & de legitimo matrimonio; aperte declarauit se de solis primi gradus liberis intellexisse. Dum postea subdidit, quod casu quo vnus vel plures dictorum liberorum sic nominatim designatorum, vel liberorum ex ipsis procreandorum decederet sine liberis, substituit sic morienti vel morientibus superuiuentes inter ipsos, & liberos præmortuorum: ex quibus verbis apparet ipsum fecisse differentiam inter liberos, & liberos liberorum; non enim fuisset opus nouam repetere substitutionem in liberis liberorum, si in primo capite testator illos sub nomine liberorum Thomæ, & aliorum nominatorum nomine comprehendere voluisset: Itaque discretiua loquutio diuersitatem arguit ad superfluitatem euitandam. Ludouif. *decis.* 434. *numer.* 6. & *decis.* 372. *numer.* 7. & nominatim de vocatione filiorum iuxta casum nostrum, tradit Additio ad Ludouif. *decis.* 301. *numer.* 18. Rot. *decis.* 667. *numer.* 5. *part.* 2. Menoch. *consil.* 328. *num.* 6. Martius Medic. *examinat.* 1. *numer.* 29. Caualer. *decis.* 465. *numer.* 2. Giouagn. *consil.* 24. *numer.* 55. *lib.* 2. Surd. *consil.* 554. *num.* 6. *versic. id quod ostenditur.* & *numer.* 21. *versic. Quinto.* † vbi addit sufficere quamlibet coniecturam, vt verba testatoris ad liberos primi gradus restringantur.
8. Multò magis quia discretiua illa loquutio non solum fuerat apposita in illa parte substitutionis; sed etiam in aliis partibus eiusdem testamenti: dum dictum fuit quod si liberi nominati decederent sine liberis, substituit superuiuentem vel superuiuentes liberos; & sic liberos primi gradus ab vltioribus in dispositione separauit, vt vna pars testamenti aliam declarat: vt dicit Rot. *decis.* 507. *numer.* 8. *part.* 2. *recent.* Medic. *decis.* 1. *numer.* 29. Peregr. *consil.* 41. *num.* 19. *lib.* 5. *consil.* 74. *n.* 8. *lib.* 6. Fusar. *de substit. quæst.* 485. *num.* 60.
9. Idem constat ex eo, quod si liberi Thomæ & aliorum nominatorum decederent sine liberis, sic morienti vel morientibus substituit *superuiuentem vel superuiuentes inter ipsos*, quæ verba sunt merè personalia & excludunt nepotes seu liberorum liberos, quorum statim facta fuit mentio: vt de verbo illo *superstites* tradit Mantica. *dicto lib.* 8. *tit.* 9. *numer.* 5. Giouagnon. *consil.* 80. *n.* 4. *lib.* 1. Menoch. *lib.* 4. *presumpt.* 95. *n.* 22. & de dictione *superuiuentes* Medic. *examinat.* 1. *n.* 33.
10. Et licet dictum fuerit quod substituebantur superuiuens vel superuiuentes de illorum liberis, ex quibus verbis videtur quod habita fuerit intentio coniungendi & simul vocandi nepotes cum patris; ex
11. Fusar. *de substit. quæst.* 321. *numer.* 80. † Tamen hoc fuit limitatum ad casum particularem, quo liberi Thomæ morerentur sine liberis: vt patet ex illis verbis, *ledit Thomas venant à deceder sans enfans*; Sed in primo casu quo liberi Thomæ sunt dispositiue vocati, nulla fit mentio nepotum: & sic tantum abest vt ex eo inferatur ad vocationem, quin potius inferri debet ad exclusionem nepotum. Menoch. *dict.* *consil.* 328. *n.* 8. *versic. quarto comprobatur.* Fusar. *q.* 327. *n.* 19. & hoc casu vna pars testamenti, aliã non declarat, quando constat de contraria mente testatoris.
12. Concurrunt etiam alia plurima verba personalia, ad personam liberorum primi gradus coarctata, & restricta; veluti dum dictum fuit *vel eorum liberos legitimos & naturales ex ipsorum propriis corporibus procreatos*: quæ verba propriè ad liberos primi gradus referenda esse ostendit. Rot. *dict.* *decis.* 507. *num.* 10. *part.* 2. *recent.* † eadem ratione verba illa *leurs enfans* merè personalia esse ostendit Rota *ibidem*, *num.* 9. significant enim descendentes immediatos & proximiores. Menoch. *consil.* 774. *numer.* 7. Fusar. *quæst.* 327. *numer.* 15. † sicut dictio *suos* personalitatem continet & nepotes excludit. Rota *decis.* 667. *num.* 6. *part.* 2. *recent.* Menoch. *dict.* *consil.* 328. *numer.* 14. & 15. † Rursus prætulit masculos *dictorum liberorum* feminis; quæ clausula *dictorum liberorum* est etiam personalissima, & nepotes excludit. Menoch. *lib.* 4. *presumpt.* 95. *n.* 28.
- Et licet aliqui DD. loquantur sub dubio de illa clausula *ex eorum corporibus*; vt videre est apud Intrigliol. *centur.* 3. *quæst.* 87. *numer.* 24. & Fusar. *qu.* 485. *numer.* 67. & *quæst.* 321. *numer.* 18. & 21. Tamen negari non potest quin saltem omnes illæ dictiones personales simul iunctæ, debeant sufficere ad colligendam intentionem testatoris: † cum coniecturæ non sint separatim considerandæ; sed simul coniungendæ: quia vna aliam corroborat: & in discutendis coniecturis, non est ita rigidè procedendum: quia si requirerentur coniecturæ necessariò concludentes, non essent amplius coniecturæ, sed demonstrationes: vt dicit Rota *decis.* 21. *n.* 26. & *sequentib. part.* 5. *recent.*
- Consideratione etiam digna est persona testatoris qui iuris erat imperitus, & vim dictionis collectiue ignorabat, & probabiliter credere poterat, provt eum credidisse colligitur ex lectura testamenti, quod sub nomine *des enfans* intelligerentur tantum liberi primi gradus iuxta communem, qui apud nos est, loquendi modum: quem valde attendendum esse dicit Rota, *dicta decis.* 507. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* † Et quando testator iuris est imperitus, non debere attendi illam interpretationem, quod sub nomine liberorum nepotes contineantur, dixit Menoch. *dicto consil.* 328. *numer.* 24. Fusar. *dicta quæst.* 327. *numer.* 31. & 32. Et ex his fuit conclusum non esse locum repræsentationi quoad substitutionem, de qua agitur; sed solum patrum admittendum esse exclusis nepotibus, fratris prædefuncti liberis: provt hodie patruus bona illa possidet absque vlla controuerſa nepotum.
- Quod autem superius dicebamus indistinctè locum esse repræsentationi quando agitur de fideicommissis instituto ab ascendente, non transit sine difficultate. Nam plurimi maximæ autoritatis Doctores censuerunt, in fideicommissaria substitutione non esse inspiciendam personam grauantis; sed illam grauati: atque ita cum persona vltimo loco grauata, sit tantum collateralis; iuxta horum sententiam non ageretur nunc de substitutione ascendentis: immò de successione collateralis grauati, cuius persona inspicienda esset: & hanc sententiam amplexus fuit Fusar. *dict.* *quæst.* 485. *numer.* 101. *versic. ego existimo veriore* † Immo Bellon. iun. *loco infra citando*, existimat ad hoc vt locus sit repræsentationi in fideicommissis, duo necessariò requiri. Primò, vt ille qui testamentum ordinauit, sit ascendens, vel saltem patruus, aut auunculus. Secundò, quod grauatus sit talis cui ab intestato nepos cum patruo fuisset successurus: nam si nepos, non fuisset grauato successurus: quia grauatus non esset patruus, sed filius patris: tunc verius esse dicit non esse tractandum de repræsentatione

sentatione , etiamsi fideicommissum relictum esset ab ascendente : vt tradit Peregr. *de fideicommiss. articul. 21. num. 22. versic. cum autem*, quem sequitur Bellon. *Iun. consil. 61. num. 5. 6. 7. 8.* vbi dicit hoc apud se dubio carere.

22. Non negamus attendendam esse proximitatem grauantis , quando mutatur linea , vel sexus. Fular. *quæst. 484. numer. 21. & 485. numer. 23. circa finem.*
 23. † Licet aliàs regulariter attendenda sit proximitas vltimi grauati : vt per Bellon. *dicto consil. 61. numer. 7.* & passim tenet Rota Roman. veluti *decis. 681. num. 2. part. 2. recent.*

24. Tamen certum est totam hanc quæstionem , cuius proximitas sit attendenda , (quæ ex se valde est intricata) dependere ex præsumpta testatoris voluntate : vt dicit Rot. *decis. 627. numer. 4. part. 2. recent.*

25. † Et in effectu multi censuerunt attendendam esse proximitatem grauati , etiamsi linea mutaretur : vt notauit Fular. *dicta quæst. 484. numer. 29. & sequentibus.*

Hic autem coniectura voluntatis euidentis est, quòd testator habuerit respectum ad personas grauatorum, cum ad illa verba suæ dispositionis direxerit, dum dixit *ou leurs enfans* ; Et iterum , *preferant les masles*

26. *desdits enfans* : † Quæ verba sic relata ad personas grauatorum , faciunt vt ipsorum proximitas non autem testatoris sit attendenda : vt pluribus citatis concludit Fular. *dicta quæst. 484. numer. 51.* Mantie. *de coniect. lib. 8. titul. 12. numer. 39. versic. & siquidem testator dixerit.* Grass. *in §. fideicommissum. quæst. 18. numer. 5.* Peregr. *de fideicommiss. artic. 20. num. 9. versic. primus est cum ex dispositis.* Et ibi in *versic. secundus casus.* dicit semper inspiciendum esse in quos testator verba sua direxerit. Intri- gliol. *centur. 3. quæst. 78. num. 15.*


27. Quòd autem testator verba sua direxerit ad grauatos , constat ex prædictis ; & nominatim ex illis verbis , *les masles desdits enfans* : & illis verbis , *leurs enfans* : prout de similibus verbis *lors prossi- mi* tradit Rota apud Buratt. *decis. 770. in prin- cipio.*

28. Sed in nostro casu , quæstio illa de proximitate grauantis vel grauati superflua est ; cum antequam ad illam deueniatur necesse sit videre , vtrum ille qui vult admitti iure repræsentationis , fuerit vocatus : vt clarè dicit Peregr. *consil. 41. num. 24. volum. 5. & de fideicommiss. articul. 20. numer. 10. & 11.* Fular. *quæst. 484. numer. 72.* & hoc superius copiose probauimus. Si igitur nepotes hoc casu non fuerunt vocati ; non est ampliùs tractandum de proximitate grauati , vel grauantis ; neque disputandum est vtrum concurrant cum patris ; cum hi sint vocati , nepotes verò non sint vocati : non igitur possunt non vocati cum vocatis de successio- ne seu proximitate contendere. † Quando enim non est quæstio de consanguinitate , sed de exclu- sione propter aliam causam , ob quam quis se præ- tendit potiorē ; veluti quòd fuerit magis dile- ctus , aut prælati in vocatione : tunc cessat quæ- stio repræsentationis , vel proximitatis grauati ; vel grauantis. Et ratio est in promptu , quia nemo potest repræsentare nisi veniat iure propriæ voca- tionis. Fular. *quæst. 485. numer. 72. versic. hunc ar- ticulum.* & supra ostensum fuit.

30. Quod autem dicebatur de clausula *in stirpes & non in capita* , satis explicatur consideratis verbis testamenti : cum illa clausula bis fuerit apposita : Primò inter Thomam , & eius liberos : Secundò inter liberos liberorum Thomæ inuicem substitu- tos. Prima clausula non potest explicari nisi inter

iplos filios primi gradus , & liberos primi gra- dus ipsorum , neque protendi ad alios vteriores in quibus adest specialis prouisio : & clausula illa *in stirpes* fuit inter ipsos repetita , nec de ipsis vl- terioribus in primo capite vilo modo testator loque- batur ; immò ex eo colligitur intentio testatoris , qui si in primo capite voluisset includere nepotes , & re- ferre ad illos prædictam clausulam , illam non repe- tiisset in secundo casu.

Ergo clausula illa sic debet intelligi , vt casu quo Ioannes v. g. qui erat ex liberis primi gradus , ha- buisset vnum filium , Ludouicus verò duos , & Thomas tres , illi fuissent admissi in stirpes , id est , tantum habuisset vnus filius Ioannis , quantum duo Ludouici , & tantum habuissent tres filij Tho- mæ , quantum duo Ludouici : ita vt clausula *in stir- pes* fuisset verificata inter liberos primi gradus fi- liorum testatoris. † Nec ex eo quidquam inferri 31. potuisset ad vteriorum vocationem , de quibus in illo capite testator non loquebatur : & ita clau- sulam illam interpretata fuit Rota , *dicta decis. 507. numer. 13. part. 2. recent.* Peregr. *consil. 49. num. 16. 17. & 18. lib. 5. & consil. 65. numer. 31. lib. 1.* Fu- far. *dicta quæst. 485. numer. 75.* vbi explicat men- tem Peregr. dicens ; † Quòd per clausulam illam 32. *in stirpes, &c.* non inducitur vocatio plurium per- sonarum , quàm vocatæ essent sine ea : & sic quòd non sit alteratio gradus , sed dispositio continet eosdem gradus , prout contineret si illa clausula po- sita non esset : & ideo per illam clausulam disposi- tio testatoris restricta ad liberos primi gradus Tho- mæ in primo capite substitutionis , non est exten- denda ad nepotes , de quibus in secundo capite : præsertim quia illis per repetitionem illius clausulæ in dicto secundo capite expressæ , fuit specialiter pro- uisum.



CAPVT C.

Dos à patre profecta ad patrem redire de- bet : sed si filia præmoriatur , superstite marito , & liberis , dos à patre aufertur & liberis applicatur : sed quando mari- tus præmoriatur , & postea vxor ; dos ad patrem redit exclusis liberis : nec hoc casu consuetudini Martini locus est. Ea- demque ratione dos redit ad patrem , si maritus superstite vxore & liberis præ- moriatur ; illam tamen dotem ad se re- uersam pater minuere non potest. Sed si actio dotis sit propria ipsius filix ve- luti si sit emancipata , aut ipsa patre præ- sente , & consentiente dotem sibi resti- tui fuerit stipulata , ius reuersionis ces- sat. Idem si pater sit decoctus , quia pro mortuo reputatur : & his casibus filia præ- fertur paternis creditoribus.

S V M M A R I V M.

1. Si filia moriatur ante patrem , superstite ma- rito , & liberis , dos non redit ad pa- trem ; sed liberis acquiritur , ex consuetu- dine Martini.

- 2 Si maritus præmoriatur, & postea uxor, dos redit ad patrem exclusis liberis.
- 3 Marito præmortuo, superstitibus uxore, liberis & patre uxoris; dos ex ueriori sententia redit ad patrem.
- 4 Pater dotem ad se reuersam non potest minuere, uel alienare.
- 5 Hæc procedunt tam in dote promissa, quam soluta.
- 6 Dos ad patrem reuersa remanet adhuc dos, & habet dotis priuilegia.
- 7 Ampliatur siue dos consistat in specie, siue in quantitate: quia utroque casu dominium illius non transit ad patrem.
- 8 Vtrum filia habeat hypothecam pro dote ad patrem reuersa; difficilis est quæstio.
- 9 Qui non potest dotem, aut rem aliam alienare, non potest hypothecare.
- 10 Ex uerbis contractus colligitur utrum dotis actio sit propria filia.
- 11 Pater filia dotis causa donare non prohibetur, licet in eius sit potestare.
- 12 Quando filia dotem sola stipulatur, efficitur matrimonium filia, & nepotes illam in legitimam aui non tenentur imputare.
- 13 Dotis recognitio facta ad utilitatem uxoris, arguit dotem illius esse propriam, & actionem pro dote soli filia competere.
- 14 Pater diuertiendo se de dote, & filiam inuestiendo, & illam constituendo procuratricem irrenouabilem, censetur consensisse ut actio dotis illi soli acquireretur.
- 15 Reditus annui filia ad eius utilitatem constitui, sunt fundi dotales.
- 16 Pecunia dotalis que ex pacto inuestienda est ad uxoris utilitatem, est ueluti fundus dotalis.
- 17 Inuestitio pecuniarum facienda ad beneplacitum filia, illi soli actionem quesitam esse demonstrat.
- 18 Quando actio dotis soli filia fuit quesita, creditores paterni super illa nihil prætere possunt.
- 19 Quando pater decoxit ante solum matrimonium, habetur pro mortuo, quoad dotis restitutionem: & ideo non illi, sed filia dos restituenda est, quamuis filia non fuisset sola stipulata.
- 20 Quando filia est emancipata, dotis actio non queritur patri, sed filia; que de dote illa ad libitum disponere potest: nec in ea ius aliquod quesitum est paternis creditoribus.
- 21 In foro interiori ius querendum non potest in præiudicium creditorum repudiari; sed in foro exteriori ualet repudiatio.
- 22 Ampliatur ut procedat etiam postquam dies debiti cessit: quia ius non dicitur quesitum patri, nisi post acceptationem.
- 23 Quando ius querendum repudiatur, perinde est ac si nunquam dominium fuisset quesitum.
- 24 Pater emancipans filium non potest molestari à suis creditoribus sub eo pretextu, quod talis emancipatio facta fuerit in fraudem ipsorum.
- 25 Lucrum à lege delatum repudiari potest, quamuis inde damnum creditorum contingat.
- 26 Quando stipulatio dotis restituenda fuit per patrem ad sui utilitatem interposita, ius

est illi quesitum & radicatum; ita ut pater non possit illi renunciare in præiudicium suorum creditorum.

- 27 Cessante pacto dotis ad patrem deuoluenda, immò stipulatione per filiam nomine suo, & ad utilitatem suam interposita de consensu patris, nullum ius patri, nec paternis creditoribus acquiritur, sed restitutio dotis soli filia facienda est.

Explicatur decis. Capicy Laro 34. per totam ibidem.

IN contractu matrimonij pater filia suæ, & pro ea eius marito summam viginti millium scutorum dotis nomine promittit, soluendam modis & formis in dicto contractu designatis: & nominatim in quodam annuo censu 11177. scutorum, cum promissione reinuestiendi summas per maritum recipiendas: fuitque expressè conuentum quod bona in quibus fiet reinuestitio erunt dotalia, & maritus promittit recognoscere prout ex tunc recognouit ad utilitatem suæ uxoris, summas per eum exigendas, illasque promittit restituere dictæ suæ uxori, aut suis, & aliis quibus restitutio debet fieri in omnem casum & euentum restitutionis, & repetitionis dotis.

Creditorum patris mortuo marito relictis liberis & uxore superstitibus prætendebant dotem ad patrem reuersam, sibi hypothecatam esse, & uidiuam nihil de ea consequi posse nisi solutis debitis paternis.

Regula quippe generalis est quod dos à patre profecta, quæ ad patrem redire debet, iuxta l. dos a patre. Cod. solut. matrimon. ab eo aufertur & applicatur liberis, si filia præmoriatur patri superstiti marito, & communibus liberis ex consuetudine Martini, de qua Thefaur. decis. 190. per totam. † Sed 2. quando maritus præmoriatur, & postea uxor; dos à patre profecta ad eum redit, exclusis liberis nec dictæ consuetudini locus est. Thefaur. decis. 138. per totam.

Sed ille non est casus noster: cum filia adhuc uiuat cum liberis superstitibus; nihilominus tamen isto etiam casu, dotem ad patrem redire, neque uxori aut liberis esse restituendam receptius uidetur: quidquid Ias. & alij in contrarium dixerint: ut notauit Anchar. consil. 349. de iure communi, in princip. Alexand. in l. post dotem. 41. numer. 25. ff. solut. matrimon. Barbol. in eadem l. num. 49. Surd. consil. 206. num. 28. & 29.

Sed quamuis præmissa uera sint, non est tamen existimandum creditores paternos in summis notabilibus concurrentes, uidiuæ præferendos esse: quia licet dos ad patrem reuertatur; ipsam tamen minuere, aut quouis modo eius conditionem deteriorem facere non potest. l. cum à socero Cod. de iur. dotium. Authent. sed quamuis. Cod. de rei uxor. act. † Cuius dispositio locum habet tam in dote soluta, quam promissa. Pascal. de parr. potest. part. 1. in allegation. post cap. 4. numer. 89. 95. & 96. † talisque dos ad patrem reuersa remanet adhuc dos, & retinet priuilegia dotis: per text. in l. si socius pro filia. versicul. quod si salua societate. ff. pro socio. ut post plures tenuit Rota, decision. 156. numer. 2. & 7. part. 2. diuersorum. † Vbi dicitur hoc habere locum siue dos consistat in specie, siue in quantitate, utroque enim casu dominium dotis non transit in patrem, nec cum bonis eius confunditur, nec à patre potest alienari: ut etiam probatur per text.

- text. in §. quia verò. in *Authent. de aequalitate dotis*, quem ad hoc ponderat *dicta decis. num. 7.* & optimè ostendit *Gratian. discept. forens. cap. 82. num. 6. usque ad 15.* & tenuit *Gloss. 1. in l. rem quam. 22. Cod. de iur. dot. Ias. in rubric ff. solut. matrim. num. 12.* per *dictam Authent. sed quamuis. Cod. de rei vxor. action. & ibi Salicet. & alij DD. communiter.*
8. Quo sic præsupposito, cessat illa quæstio de qua *Theaur. iun. lib. 3. quæst. 72.* vbi disputat vtrum filia habeat hypothecam super bonis paternis pro dote, quæ ad patrem reuersa est, ob mortem mariti: & quæ tradit *Rota, decis. 299. numer. 6. part. 6. recent.* vbi dicitur filia hoc casu non dari viam executiuam contra patrem vigore sui instrumenti matrimonialis, sed solum Iudicis officium.
9. Quia sufficit quòd pater non potest dotem illam ad se reuersam diminuere, nec per consequens hypothecare: ex doctrina *Bartoli in l. in quorum. ff. de pignori. Negusant. de pignor. 2. part. membr. 2. numer. 31. Oddo de prohib. alienat. quæst. 20. numer. 220. Fufar. quæst. 703. num. 2.*
10. Et vt res clarior euadat, attendenda sunt verba contractus, ex quibus apparet manifestè patrem voluisse quòd actio dotis propria esset ipsius filia: iuxta *Castrenf. consil. 11. num. 1. versic. hoc autem. lib. 1. † donationem quippe ex causa dotis filia factam sustineri certum est; & probatur per text. in l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. erciscund. Bald. Nouel. in tractat. de dote parr. 6. privileg. 80. & hoc fundamentum elidit omnes authoritates & decisiones quæ in contrarium afferri possent. † Quia hoc casu dos exit ex patrimonio patris, & efficitur proprium patrimonio filia: ita vt eam nepotes non teneantur imputare in legitimam aui, matre ante patrem suum prædefunctâ. *Duran. decis. 231. num. 21. Cancr. part. 1. cap. 1. n. 62. & soli filia hoc casu datur actio sine patris interuentu, pro obtinenda restitutione dotis. Sard. consil. 206. num. 21. & sequentibus.**
13. *Dicta autem dotis donationem factam censerit filia probatur ex eo; quia maritus dotem receptam & recipendam recognoscens, significauit se id facere ad vtilitatem vxoris, cui recognitioni ad vtilitatem filia: facta pater consensit per suam præsentiam: & ideo dotem filia: donasse censetur; cum verba illa ad vtilitatem vxoris apposita sint in clausulis dispositiuis, & substantialibus contractus: quidquid aliud esset si reperirentur in clausulis executiuis, prout in casu *decis. 708. num. 2. part. 1. in recent.* & quando sola filia stipulatur consentiente patre, totam dotis actionem ad filiam pertinere probat *Surd. dicto consil. 206. n. 24. & sequentibus.**
14. Addatur præmissis quòd pater annuos redditus filia: dotis nomine assignando, seipsum diuestiuit & filiam inuestiuit, constituendo eam veram dominam & procuratricem irreuocabilem in rem suam, ponendo eam & subrogando in locum suum, cum promissione euictionis; & sic à se abdicauit totam actionem dotis, eamque filia: donauit: iuxta *dictam l. Pomponius Philadelphus.* & per consequens totum ius à se
15. abdicauit. † Præcipue quoad census & redditus annuos, qui fuerunt effecti fundi dotales: vt dicit *Theaur. iun. lib. 3. quæst. forens. 72. numer. 19. versic. si verò fuerit.*
16. Et licet ista ratio videatur duntaxat concludere quoad census illos annuos, qui pro immobilibus habentur; tamen idem dicendum est & in pecunia dotali, stante pacto expresso quòd ipsa inuestiretur in emptionem stabiliam; hoc enim casu pecunia res immobilis censetur. *Louet, litera P. num. 47. in annotat. Gratian. discept. 943. num. 15. Burat. decis. 474. n. 3.*
- † Maximè quia inuestitio fieri debebat ad beneplacitum filia:, quod ostendit patrem voluisse filia: ius esse quæsitum. *Burat. decis. 471. num. 12.* vbi quia fuerat dictum ad beneplacitum, prout hic; verba illa explicanda sunt pleno iure, & totaliter. † Si igitur filia: ius fuit quæsitum, sequitur creditores paternos nihil super illa dote prætereendere posse: ex notatis potissimum per *Surd. dicto consil. 206.* contra quod licet scripserit *Marta, de succession. legali part. 1. quæst. 21. artic. 2.* quoad casum collationis seu imputationis per nepotes faciendæ; non tamen negat, quòd si stipulatio restitutionis dotium facta sit ad beneficium ipsius filia:, vel quòd ipsa de consensu patris fuerit stipulata, vel pater stipulatus fuerit pro dicta eius filia, & nepotibus ex ea; actio quæ sita fuerit filia:, & dos in totum ad ipsam pertineat, absque eo quòd pater super ea quidquam prætereendere possit: vt *ibidem* notat *num. 9.* plures alios allegans, qui breuitatis causâ omittuntur.
- Sed vt omnis tollatur difficultas, proponitur ratio potentissima fauore viduæ; nempe quòd pater ipsius decoxit, & ante solutum matrimonium per mortem mariti iam erat decoctus, propter magnum æs alienum quo erat obnoxius diuersis creditoribus: vnde in terminis repetitionis dotis, perinde est ac si naturaliter mortuus esset, nec dos ei restituenda est, tanquam illam consumpturo. *l. si cum dorem. §. eo autem tempore.* vbi *Gloss. ff. solut. matrimon. Castrenf. dicto consil. 11. num. 2. volum. 1. Rota, decis. 708. num. vltim. versic. nec valet obiectum. part. 1. recent.* quæ est repetita *decis. 226. part. 4. recent.* quam sequitur & exornat *Ricc. in collect. part. 8. collect. 327. Vrsel. in verb. administrator. conclus. 56. num. 69. ad Afflict.*
- Denique deductum fuit aliud fundamentum peti-
tum ex emancipatione filia: per patrem facta; quæ facit vt actio & obligatio dotis quæratu-
r soli filia:, & in ea consolidetur, nec patri ius quæratu-
r in totum, vel in parte: vt dicit *Gomes. ad l. 50. Tauri. num. 28.* quia consensus patris facit, vt filia de dote liberè dis-
ponere possit. *l. 2. §. si voluntatem. ff. solut. matrim. l. non solum. ff. eodem iur. Alex. consil. 135. num. 3. ante medium, lib. 2. Gratian. cap. 882. num. 25.*
- Dicta que emancipatio non potest dici facta in fraudem creditorum; cum de iure liceat saltem in foro exteriori (quidquid sit in foro conscientia) repudiare rem, vel lucrum alicui delatum. l. qua autem 6. versic. proinde. ff. qua in fraud. credit. † Quod procedit etiam postquam dies debiti cessit: quia ius non fuit quæsitum patri nisi imperfectè & reuocabiliter ante acceptationem, & sub tacita conditione nisi repudietur: † Vnde cum postea repudietur, fingitur non esse quæsitum dominium. l. 1. versic. vtrum autem. ff. si quid in fraudem patroni. Sanch. de matrim. lib. 6. disput. 4. numer. 8. & nos diximus supra cap. 57. num. 16. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 49. num. 17. & 18. & maximè num. 28. & sequentibus. † vbi bene ostendit patrem emancipantem filium non posse molestari à creditoribus, sub eo prætextu quòd talis emancipatio patrem priuet vsufructu, & id optimis rationibus comprobatur, usque ad finem illius quæstionis. † Et quòd lucrum legale possit in præiudicium creditorum dimitti, docet *Peregr. in tractat. de iur. fisc. lib. 6. rit. 7. sub num. 40. Vincent. de Franch. decis. 101. quos citat & sequitur Capic. Latro dec. 34. num. 12. & 13. negare tamen nolim quin fundamentum istud ab emancipatione deductum, sit valde disputabile: ideo consultius iudicauim aliis supra deductis rationibus præcipue niti.**
- Ita vt tantum abest vt illa decisio quæ contra viduam opponebatur illi noceret, quin potius pro ipsa faceret,

27. faceret, tam in *num. 13.* quàm alibi: quia præsupponitur ius esse creditoribus paternis quæsitum, quando dos ad patrem deuenire debebat vigore pacti & stipulationis; nec ibi loquitur de patre decocto: † Et sic vult quòd cessante pacto dotis ad patrem deuoluendæ, nullum ius illius creditoribus competat: at in casu nostro, nullum adest pactum fauore patris; immò promissio & stipulatio dotis restituendæ facta fuit ad vtilitatem filia; & per consequens creditores paterni nihil super illa dote prætere posse. Et ita in Rota Auenionensi fuit iudicatum, prout in decisione sequenti.

Decisio Rotæ Auenionensis.

IN causa discussionis generalis bonorum Domini Caroli N. ciuis Auenionens. coram Nobis in Rota pendente, fuit inter cæteras hæc potissimum agitata quæstio, an fuerit locus reuersioni dotis profectitiæ ad patrem soluto matrimonio per obitum viri, superstitie focero habente filiam viduam in potestate. Factum tale est.

Anno 1630. & die 30. Nouembris, D. Carolus constituit in dotem Domicellæ Magdalena filia suæ, & pro ea eius marito summam viginti milium scutorum; quam quidem summam dictus Dominus Carolus promisit soluere, nimirum mille de præsentibus in pecunia numerata, vndecim millia in remissione cuiusdam census siue capitalis summis summae constituti super Diocesi Vticensi in Prouincia Occitana, residuum verò in pecunia numerata dilatis solutionibus in certos annos reinuestienda in fundis per patrem. Dictusque maritus promisit recognoscere prout ex tunc recognouit super omnibus suis bonis præsentibus & futuris, quidquid exiget & recipiet de illa dote, cum pacto restitutionis vniuersæ dotis receptæ, vxori aut suis, & aliis quibus debebit fieri restitutio in omni casu & euentu restitutionis, aut repetitionis dotis.

Euenit quòd anno 1640. obiit idem maritus ab intestato relictis liberis & superstitibus dicta coniuge & focero, nondum soluto residuo dotis per eundem qui de tempore talis obitus conturbauerat, & facto concursu per illius creditores ad eorum instantiam omnia eius bona erant pignolata.

Insurgunt creditores pro solutione summarum sibi debitarum, quorum aliqui sunt anteriores in hypotheca dicta vxore, alij posteriores, vtrique præterdunt se potiores dote eiusdem Magdalena: de anterioribus non fuit quæstio, vulgata regula qui potior est tempore, non obstante priuilegio dotis, cum mulier habens expressam hypothecam posteriorem non præferatur habentibus expressam priorem. DD. & Gloss. 2. in *l. assiduis Cod. qui potior in pignor. & ibi communiter DD. Trentacinq. variar. resol. lib. 3. de pignor. & hypoth. resolut. 9. num. 4. & sequentibus.* Difficultas fuit ratione posteriorum qui hypothecam tantum habent super bonis eiusdem patris post dictum contractum matrimonij; an sint ipsi potiores dicta Magdalena tam super bonis restantibus dicti Caroli patris, quàm super illo censu remisso super Diocesi Vticensi.

Quod dubium fuit sapiùs propositum, & quidem pro creditoribus allegabatur dotem à patre profectam, ad patrem esse reuersam soluto matrimonio per obitum viri superstitie focero. *l. dos à patre. Cod. solut. matrim.* licet filij ex filia super sint: cum hoc

casu singulariter limiteretur consuetudo Martini. Castrenf. *consil. 11. num. 1. lib. 1. Thesaur. decis. 138. num. 2. Honded. cons. 75. num. 27. lib. 2. Gabriel. cons. 165. num. 10. lib. 2. Barbof. in l. post dotem. 41. num. 49. ff. solut. matrimon. Rot. decis. 708. num. 4. part. 1. & decis. 299. part. 6. recent. & apud Duran. decis. 153.*

Et sic dicta Magdalena soluto matrimonio per obitum viri, superstitie patre, fuit destituta omni actione pro repetitione dotis profectitiæ contra hæredes mariti, & multò magis contra patrem pro residuo dotis promissæ, & non solutæ: vt latè fuit discussum ac decisum in Romana dotis coram Verospio *decis. 124. part. 4. recentior.* ac iterum in eadem causa dicta *decis. 708. part. 1.* & reposita causa coram Vbaldo fuit tertio determinatum, vt legitur *decis. 108. part. 4. recentior. tom. 2.* nec desunt alia decisiones concordantes ex supra allegatis.

Mortuo itaque viro ante exactionem residui dotis, actio quæ viro competebat fuit resoluta, & dos in patrimonio patris consolidata, & pars dotis quæ fuit soluta viro est eidem patri restituenda, & non filia: vt in *dictis decisionibus 708. & 108.* & aliis de quibus supra.

Maximè cum hîc concurrat conuentionalis reuersionis, stante promissione restitutionis dotis dictæ Magdalena coniugi, aut suis, & aliis quibus de iure: quo casu non attenditur ordo litteræ, sed iuris dispositio, quo cauetur dotem profectitiæ priùs esse restituendam patri superstiti. Castrenf. *dicto consil. 11. num. 2. versic. Respondeo illud procedere. Rot. in recent. decis. 708. num. 1. part. 1.*

Et licet dos debeat conseruari pro secundis nuptiis, *Authentic. sed quamuis.* vbi Gloss. & Salicet. *num. 7. Cod. de rei vxor. action.* Tamen hoc non impedit quominus actio dotis sit resoluta: sed casu quo filia secundò nubat, datur contra patrem duntaxat officium Iudicis, pro habenda eadem dote; quod nullam præsupponit obligationem, vel actionem. *l. qui per collusionem. §. 1. ff. de action. empti.* sed remedium exequutiuum, vel actio hypothecaria denegatur filia. Cyn. *dict. Authentic. sed quamuis. num. 4. Negusant. de pignorib. 4. memb. 2. part. principal. num. 34. in fin.* & luculenter fuit discussum per Rot. *dicta decis. 108. num. 9. & sequent.* Duran. *dict. decis. 153. num. 3. & sequentibus.* Effectus enim huius reuersionis est, vt omnia sint resoluta; sicut dicimus de feudo ad Dominum reuerso: & quòd per illam consolidationem omnes hypothecæ sunt sublata: vt bene ostendit Thesaur. *quæst. forens. 72. lib. 3. num. 15.* & illa dos efficitur de patrimonio patris, adeo vt si filia non nubat, inter illam & fratres diuidatur pro portionibus hæreditariis: prout declarat Castrenf. *dicto consil. 11. num. 2. lib. 1. Salicet. dict. Authentic. sed quamuis. num. 1. & sequentibus.*

Quibus tamen non obstantibus contrarium fuit conclusum per Dominos in casu de quo agitur, stante decoctione Caroli patris ante solutum matrimonium, qui ob grande æs alienum quo erat obnoxius diuersis creditoribus conturbauerat, & hac de causa soluto matrimonio per obitum viri dotis actionem non competere dicto Carolo patri, sed eam esse consolidatam in persona dictæ Magdalena, nec esse locum reuersioni dotis profectitiæ ad patrem, & proinde cessare in isto casu dispositionem *dicta l. dos à patre. Cod. solut. matrimon.*

Quia idem Carolus quoad terminos istos restitutionis dotis vt decoctus, habebatur pro naturaliter mortuo, nec erat ei dos restituenda vt eandem consumpturo. *l. si cum dotem §. eo autem tempore.* vbi

Gloss. ff. solut. matrimon. Castrenf. dict. consil. 11. num. 2. & pro absoluto videtur tenere Rot. in recent. dict. decis. 708. numer. 8. part. 1. repetita part. 4. decis. 226. numer. 11. recent. Idemque in indiuiduo tradunt Vrsel. conclus. 56. num. 69. & Ricc. collect. 3277. in princip. part. 8. vbi quando pater est decoctus, non procedit. l. dos à patre. sed actio dotis est consolidata in persona filiae, ac si per obitum patris facta esset sui iuris. Castrenf. dicto consil. 11. num. 1. versic. consolidatur auem. & decoctio, & mors naturalis patris in nostris terminis æquiparantur: dicta decis. 708. num. 8.

Quæ quidem limitatio non parum exercuit mentes Dominorum, cum dicta decis. 708. repetita in decis. 226. num. 11. part. 4. recent. summis quod aiunt labris degustauerit hanc conclusionem, & eam perfunctoriè deduxerit destitutam auctoritatibus & fundamentis, ac proinde ex parte creditorum opponebatur non esse attendendam vti non examinantem hunc articulum, & consequenter intrare consil. Gabriel. 78. numer. 17. lib. 2. vbi firmat quòd Rotæ Romanæ decisiones non sunt attendendæ, nisi in his quæ principaliter deciduntur in illis: quod & repetit consil. 126. n. 26. eodem libr. parique ratione non suffragari doctrinas Ricc. & Vrsel. loc. citat. à quibus pro confirmatione limitationis prædictæ solummodo allegatur dicta decisio 708.

Ideirco ad veterum DD. auctoritates recurrere fuit necessè pro validiori huiusce articuli resolutione: adducitur ideo doctrina originalis Gloss. in l. 2. §. quod si in Patris. versic. sui iuris. vbi Bartol. Castrenf. Alexand. & Iason. ff. solut. matrimon. vbi licet actio de dote profectitia sit communis patri & filiae in potestate patris constituta; vt dicitur in dicta l. 2. Tamen si pater sit pauper, ita vt ipsam redotare non valeat, potest filia etiam in potestate existens dotem exigere inuito patre argumento l. Imperator. ff. ad Trebellian. Nam sicut ibi dilapidatio patris facit transire fideicommissum de persona patris in filium, damnum conditionis infligente lege, propter fraudem; ita patris inopia facit transire actionem de dote in filiam: hæc sunt verba Bartoli in dicta l. 2. §. quod si in patris. numer. 8. in fin. & actio dotis reperitur consolidata in persona filiae stante paupertate & decoctione patris de tempore soluti matrimonij: solaque filia admitti debet ad petendam dotem, etiamsi pater expressè contradiceret. Babos. in dicta l. 2. §. final. numer. 16. versic. neque repugnat.

Hanc Glossam summoperè commendant DD. inter quos Bartol. in l. Imperator. ff. ad Trebellian. vbi obseruat quòd ista Glossa æquiparat patrem fieri pauperem, & mori: sequitur Ruin. consil. 23. num. 14. lib. 5. Fufar. de fideicommiss. quest. 519. numer. 4. in fin. Idem Bartol. in l. si constante. numer. 47. ff. solut. matrimon. vbi quando pater vxoris est ita pauper, quòd si dotem perderet, non posset eam dotare de nouo; tunc filia etiam inuito patre permittitur agere ad dotis restitutionem. Eadem est pariter aliorum DD. sententia in dicta l. 2. §. quod si in patris. vltra Bartol. ibid. numer. 8. in fin. nempe Castrenf. numer. 9. Alexand. numer. 7. Rip. numer. 22. Papiens. form. libell. quo ag. vxor. ad dot. versic. procuratorio nomine num. 6. Campeg. de dot. part. 3. quest. 7. Illustrissimus Dominus Argelus Archiepiscopus Auenionensis in suo tract. de acquirend. possession. quest. 8. artic. 21. numer. 530. & sequentib. vbi sicut per mortem patris consolidatur actio dotis in filiam; ita & propter inopiam patris eadem actio denegatur

patri, & soli filiae competit, licet soleat esse communis.

Sed optimè omnium hanc quæstionem firmat & decidit Iason. in dicta l. 2. §. quod si in patris. numer. 32. cuius hæc sunt concepta verba: *Habes ex Glossa, quòd licet filia donec durat in potestate patris, non possit exercere actionem de dote; interim tamen si pater esset pauper ita potest intentare actionem de dote propter inopiam patris, sicut si ipsa esset emancipata, vel pater esset mortuus: & sic ista duo æquiparantur, quòd filia sit emancipata, vel pater sit inops & illa in potestate.*

Quod præsertim militat in casu isto, cum pater non sibi soli fuerit stipulatus in contractu dicti matrimonij; vbi legitur quòd restitutio fiat dictæ Magdalene filiae, aut suis, & aliis quibus de iure debebit fieri: quod quidem pactum non plus operatur quàm simplex iuris dispositio. Bartol. in l. uxorem. §. testamento. 2. ff. de legat. 3. Castrenf. in dicta l. 2. dicto §. quòd si in patris. numer. 8. & dicto consil. 11. n. 2. versic. respondeo illud procedere. Bald. in l. final. n. 9. Cod. communia vtriusque indic. Gabriel. consil. 58. n. 16. lib. 1. & clarissimè præsupponit Rot. dicta decis. 708. part. 1. recent.

Ex quibus doctrinis apertissimè conuincitur, quòd si de tempore soluti matrimonij & restituendæ dotis constet de inopia & decoctione patris (provt hinc) non posse patrem exercere actionem de dote, sed eam reperiri consolidatam in persona filiae, quæ eo casu habebitur pro emancipata, & pater pro mortuo: ac proinde quod nimium pertrinxisse videbatur Rot. dicta decis. 708. tot auctoritatibus satis fulcitum comprobatur.

Neque nouum est vt decoctus habeatur pro mortuo non solum in istis terminis repetitionis dotis profectitæ, verum etiam in alia & quacumque materia: vt per Rot. apud Seraphin. decis. 794. num. 17. Rot. Genuens. decis. 1. numer. 40. in fin. Scacc. de commerc. §. 2. gloss. 5. numer. 329. Rot. part. 5. recent. decis. 345. numer. 6. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. num. 2399. & 2421.

Quam opinionem eò magis & absque difficultate amplexa fuit Rota tanquam æquitate plenissimam, ne alioquin detur casus quòd mulier volens secundò nubere, non possit, vti dote destituta; & sic secundum matrimonium impediatur: cum sit tutius rei incumberè, quàm inutili Iudicis officij implorationi: & in his terminis bene intrare videntur considerata per allegatos per Amat. Panormit. resolut. 28. ex numer. 1. part. 1. qui in specie ponderant omnino præcauendum esse ne mulier remaneat indotata, & ne impediatur constitutio secundi matrimonij contra fauorem publicum.

Cessante itaque dispositione l. dos à patre. potuit dicta Magdalena post obitum viri repetere dotem à viro receptam contra hæredes viri: & cum ipsa fuerit prouisa de tutrice liberorum, potuit absque alia cessione experiri contra patrem pro obtinenda integra solutione dotis ab eodem patre promissæ, absque quòd impetretur cessio ab hæredibus viri quæ de iure aliàs videretur necessaria: iuxta l. si pater. Cod. de dot. promiss. & l. si socer. §. Lucius. ff. solut. matrimon. Franch. decis. 33. numer. 1. Cum enim ipsa sit tutrix hæredum mariti, potest exercere actionem pro solutione residui dotis, etiam sine cessione contra patrem qui dotem promisit.

Nec obstat quòd potenter fuit oppositum pro parte creditorum, quòd cum ius istud reuersionis dotis profectitæ, sit comprehensum sub generali obligatione omnium iurium præsentium & futurorum facta

facta per patrem tempore habili ad fauorem creditorum sit irreuocabile; quia iura conditionalia è contractibus deriuantia transmittuntur ad hæredes. §. *ex condicionali. Institut. de verbor. obligat. & l. inter socerū. ff. de pact. dotalib.* cū existentia conditionis retrorahatur ad tēpus quo contrahitur *l. potior. in princip. ff. qui potior. in pign. l. si filius familias. ff. de verbor. obligation.* ex eoque licet sub pacto condicionali possint indistinctè creditores iuari, vt fusè discutit nouissimè Capyc. *Latr. decis. 34. num. 12.* vbi deciditur quòd cū in contractu matrimonij filia, adesset pactum reuersionis sub illis verbis, *restitutio dotis fiet cui ius & casus dederit*, non potuit pater in præiudicium creditorum qui contraxerunt cum ipso post dictam dotis constitutionem præstare consensum, vt filia sua carens liberis prædictam dotem donaret causâ mortis sorori suæ, quia per talem consensum dotem repudiabat in præiudicium creditorum, quibus ius istud reuersionis fuerat quæsitum irreuocabiliter per stipulationem paternam. *dict. §. ex condicionali.*

Responderetur enim in istis conditionalibus desiderari habilitatem in vtroque extremo, ad hoc vt fiat retroractio, nempe temporis à quo actus incipit, & temporis ad quod refertur fictio translatitia. *l. quoties. ff. de nouat. l. postquam. ff. vt legat. nom. caueat. l. Titius. ff. qua res pign. Cost. de retroract. cap. 7. per tot.* Ideo cum de tempore quo reuersionis competebat patri ex iuris dispositione, propter decoctionem pater habeatur pro mortuo, consequenter habetur pro inhabili ad acquirendum, & respectiue transferendum ius illud reuersionis ad fauorem creditorum: resolutio enim iure eius à quo quis causam habet, resoluitur quoque ius ipsius: *vulgata l. lex vectigali. ff. de pignorib. Bald. Salicet. & Castrenf. in l. Praeses provinciae. Cod. de seruitut. & aqu. & l. nemo plus iuris. ff. de regul. iur.*

Præterquam quòd in casu dictæ decisionis Capic. *Latr.* interueniebat factū hominis; in nostro solum mi-

Ioseph. de Sese dec. 64. *senatus Arragonia*, explicatur. cap. 51. n. 23. p. 114

Index,

Index Posterior,

Iudex.

- Iudex quando in executione nulliter processit, talis processura non potest iustificari ex nouiter deductis, etiam si de nouo esset concedenda. c.22. n.4. pag.47
- Non præsumitur pro decreto Iudicis, vel Baiuli imperiti. c.40. n.14. p.84
- Quando sola præsentia Iudicis requiritur, sufficit interuenire Iudicem quantumuis imperitum. c.40. num.15. p.84
- Iudicio ordinario agere debet actor, quando probanda est illi descendencia, & alia multa in facto. c.53. num.25. 118

Ius.

- Ius quærendum non est in bonis debitoris. cap.45. n.2. pag.93.
- Ius tertij opponi potest excipiendo. cap.45. num.3. pag.93
- Ius mulieri competens vt agat ad rescissionem ex capite indotationis, transit ad hæredes. cap.45. n.5. pag.93
- Ius agendi ad rescissionem dicitur ius quæsitum mulieri, & non ius quærendum. cap.45. num.6. pag.93
- Ius agendi ad rescissionem ob natiuitatem liberorum ex veriori sententia non transmittitur ad hæredes, contra Fontanellam. c.54. n.10. p.121
- In iure personali sufficit probare quòd aliàs facta fuerit solutio, sed in iure reali probandum est pro quo prædio facta sit. c.64. n.10. p.149
- Iuris incerti & eventualis & nondum perfectè quæsitum mentio faciendâ non est in rescripto. c.67. num.10. pag.155
- In iuribus incorporalibus primus occupans præfertur. cap.67. n.15. p.155

Ius Congruum.

- Ius Congruum locum habet in venditione sub pacto de retrovendendo facta, non tamen in præiudicium pacti redemptiui. cap.83. n.10. p.189
- Contractus venditionis translatus censetur in retinentem iure Congruum. c.83. n.11. p.189

Ius Offerendi.

- Ius offerendi ad effectum succedendi in ius anterioris creditoris, non competit creditori chyrographario, aut alteri hypothecam non habenti. cap.29. n.2. pag.59

Ius patronatus.

- Ius patronatus erga liberos æqualiter pertinet ad omnes liberos, & tamen pater illud vni potest relinquere. c.50. n.36. p.110
- Ius patronatus quamuis pretio æstimabile non sit, tamen illius donatio reuocatur ob natiuitatem liberorum. c.54. n.8. p.120

Ius prælationis.

- Ius prælationis secundum iuris communis dispositionem, vtrum alteri cedi queat. cap.23. num.1. pagin.48
- Ius prælationis cedi potest ex generali consuetudine Comitatus Venayssini. c.23. n.2. p.49
- Camera Apostolica in Comitatu Venayssino cedit ius prælationis, etiam pro prædiis franchis. Intellige quæ de directo dominio Cameræ mouentur franco modo: nam in merè allodialibus, cessat dominium directum, & per consequens retentio feudalis. c.23. n.3. p.49
- In pluribus aliis locis consuetudo viget cedendi ius prælationis dominicale. c.23. n.4. p.49
- In Gallia licet Rex non vtatur iure prælationis: illud tamen alteri cedere solet. cap.23. num.5. pagin.49

- Cessionarius dominij directi alteri ius prælationis cedere potest. c.23. n.6. p.49
- Emptor possidens qui intentauit iudicium pro obturatione fenestrarum contra vicinum, qui ius prælationis obtinuit à Domino directo (cùm apud nos Bulla iuris Congruum non obseruetur,) potest iudicium suum continuare, non obstante lite mota super retentione. c.23. n.7. p.49
- Iuris prælationis cessio pro venditione proximè futura sortitur effectum, etiam si post multos annos & non antea casus eueniat. c.23. n.9. p.49
- Iuris prælationis cessionarium excludit ille qui fuit inuestitus à Domino directo. Quod intellige, vt multis n. seqq. c.23. n.10. p.49
- A iure prælationis associatus conductoris excluditur, si conductor qui alium sibi associauit dederit inuestituram. c.23. n.14. p.49
- Ius prælationis quamuis Dominus directus cesserit, retinet directas actiones: ideo illi laudemium rectè soluitur; nisi interuenerit vnum ex requisitis in l.3. Cod. de nouat. c.23. n.15. p.50
- Iuris prælationis cessionarius ne præueniatur, quomodò sibi consulere debeat. cap.23. num.16. pagin.50
- Ius prælationis excluditur per consensum alienationi præstitum. c.23. n.17. p.50
- Si duo sint eiusdem rei domini directi, potest vnus pro parte sua retinere. c.23. n.18. p.50
- Quid iuris, si ageretur de pluribus domunculis vnitis. c.23. n.19. p.50
- Iuri prælationis in casibus in quibus locus est, Dominus aut eius cessionarius debet restituere pretium exbursatum: & in quibus casibus agi possit de laudemio restituendo. c.23. n.20. p.50
- Restitui debent canones soluti. cap.23. num.22. pagin.50
- Item expensæ instrumentorum. Ibidem, num.23. pagin.50
- Deciditur controuersia circa expensas proxenetis solutas. Ibidem, n.24. p.50
- Quid de expensis factis in subhastatione bonorum. Ibidem, n.25. p.51
- Restituuntur munera vxori venditoris data. Ibidem, n.26. pag.51 p.51
- Item quod dicitur *le pot de vin*, Ibidem, num.27. pagin.51
- Item expensæ pro habendo consilio pro securitate venditoris. Ibidem, n.28. p.51
- Quid de melioramentis. Remissiuè. cap.23. num.29. pag.51
- Ius prælationis dominus directus non habet in alienatione necessaria. c.36. n.11. p.77
- Ius prælationis non competit Domino directo in donationibus. c.39. n.1. p.81
- Quando donatarius promittit soluere summas maiores bonis donatis, non est donatio; sed potius venditio: & competit Domino directo ius prælationis. c.36. n.2. p.81
- Iure prælationis potest vti Ecclesia Domina directa. cap.39. n.12. p.82
- Ius prælationis competens cessionario fundatum dicitur in iure extraordinario. cap.66. num.18. pagin.153
- Magna est differentia inter renunciationem, & acceptationem iuris prælationis, ad effectum vt res dicatur integra, vel non. cap.66. num.20. pag.154
- Acceptatio vel declaratio quòd quis vult vt retentio feudali, non dicitur perfecta nisi retinere volens pretium venditionis restituat. c.66. n.21. p.154

Rerum, & Verborum.

Iure retentionis qui vult vti, tenetur declarare animum suum & pretium offerre emptori, illudque in casum recufationis deponere. cap. 66. num. 23. pag. 154

Dominus si recipiat laudemia, excluditur cessionarius iuris prælationis, qui suam cessionem non curauit intimari. c. 67. n. 13. p. 155

Facta traditione reali per Dominum emphyteutæ ius illi in re quæsitum est aduersus cessionarium iuris retractus. c. 67. n. 14. p. 155

Dominus directus per suum consensum alienationi præstitum à iure prælationis excluditur. c. 83. n. 2. pag. 188

Iuri prælationis tacite renunciat dominus directus, petendo laudemium. c. 83. n. 3. p. 188

Per pactum de retrouendendo dominus directus excluditur à iure prælationis, si venditor emptorem cogere velit ad retrouendum. cap. 83. num. 8. pag. 189

Dominus directus retinens iure prælationis, tenetur subire eadem pacta & onera quæ sunt in venditione comprehensa. c. 83. n. 9. p. 189

Ius prælationis domini directi, potentius est iure vicini retrahere volentis. c. 83. n. 12. p. 189

Ius prælationis cessat quando dominus directus non potest præstare illud, quod emptor venditori promisit. c. 83. n. 17. p. 189

Ius prælationis Domino directo competens, fundamentum est in iure, ratione cuiusdam superioritatis: secus in eo quod emphyteuta prætenderet aduersus dominum. c. 91. n. 3. p. 204

Ius quærendum.

Ius quærendum in foro interiori non potest in præiudicium creditorum repudiari, sed in foro exteriori valet repudiatio. c. 100. n. 21. p. 222

Ampliatur vt procedat etiam quando dies debiti celsit, quia ius non dicitur quæsitum patri nisi post acceptationem. c. 100. n. 22. p. 222

Ius quærendum quando repudiatur, perinde est ac si nunquam dominiam fuisset quæsitum. cap. 100. num. 23. p. 222

Ius retractus.

Ius retractus ex sui natura indiuiduum est. c. 91. n. 17. pag. 205

Iuramentum.

Iuramentum nihil operatur in iis quæ non pendent à potestate iurantis. c. 30. n. 4. p. 62

Iuramentum præcisè obligat iurantem. Intellige tamen, vt si factum præstare nequeat, liberetur soluendo interesse. c. 37. n. 3. 4. & 5. p. 78

De triplici iuramento fidelitatis; nempe subiectionis, domesticitatis, & vassallagij. c. 41. n. 30. p. 88

Qui iuramentum detulit, potest recedere à delatione, si nondum iuratum fuerit; quamuis delatio esset acceptata. c. 66. n. 5. p. 153

Iurisdictio.

Iurisdictio vniuersitas nihil infert ad dominia particularia prædiorum territorij. c. 64. n. 12. p. 149

Iurisdictio est quid accessorium Castri, non tamen omnino cohærens, & ab ipso inseparabile. cap. 84. num. 4. p. 190

Vnum Dominum esse Castri, alium Dominum iurisdictio, non est inconueniens. c. 84. num. 5. pag. 190

Dominium directum & priuatum alicuius territorij potest esse apud vnum; iurisdictio verò ius publicum apud alium. c. 84. n. 16. p. 191

Iurisdictio voluntariæ actus non possunt fieri coram Iudice incompetenti in præiudicium tertij. cap. 86. n. 9. pag.

L

Lesio.

Lesionis cuiuscumque intolerabilis renunciatio non valet, si sit nimis ampla. cap. 31. num. 35. pag. 67

Lapides.

Lapides proiectitij destinati ad colligandum nouum murum, ostendunt illum posse incrassari, non autem artolli. c. 88. n. 38. p. 200

Latitatio.

Latitatio dicitur turpis sui occultatio animo fraudandi creditores. c. 72. n. 11. p. 166

Latrina.

Latrinæ intra muri crassitiem sine muro contraposito, inducunt proprietatem muri. cap. 88. num. 4. pag. 198

Laudemium.

Laudemium si conductor exegerit, Dominus excluditur à iure prælationis. c. 23. n. 13. p. 49

Qui ex speciali iure non soluit laudemium, non repetit aduersus retrahere volentem. cap. 23. num. 21. pag. 50

Laudemia debentur ex diuisione pro rata pecuniæ datæ, iuxta statutum Auenionense, & Comitatus Venayssini. c. 36. n. 1. p. 76

Si ex duobus fratribus diuidentibus, ex vna parte fiat renunciatio legati paterni in pecunia consistentis, vtrum debeatur laudemium. cap. 36. num. 2. pagin. 76

Laudemium debetur ex permutatione de iure communi. c. 36. n. 3. p. 76

Laudemium non debetur ex repudiatione: secus ex renunciatione. c. 36. n. 4. p. 67

Quando in contractu adest pactum resolutiuum, partes ab eo recedere possunt absque metu solutionis laudemij. cap. 36. n. 6. p. 77

Quando res est integra, & nondum facta est traditio; partes à contractu recedentes non tenentur soluere laudemium Domino. c. 36. n. 7. p. 77

Si statuto caueatur laudemium de donationibus non deberi, intelligendum est de meris donationibus, & lucratiuis; non de onerosis. cap. 36. num. 8. pag. 77

Si in contractu diuisionis, vnus alteri pecuniam in compensationem dederit, laudemium debetur pro rata pecuniæ. c. 36. n. 9. p. 77

Intellige vt locum habeat in diuisione vniuersali totius hæreditatis; aliud est si agatur de diuisione domus, aut alterius rei particularis, quæ commodam non patitur diuisionem: tunc enim laudemium non debetur. c. 36. n. 10. p. 77

In Gallia non debetur laudemium ex diuisione, quamuis pecuniæ traditio in ea interueniat ex causa æqualitatis seruandæ. c. 36. n. 12. p. 77

Laudemium nullum debetur ex simplici promissione venditionis. c. 37. n. 1. p. 78

Laudemium non debetur ex actu, in quo sola producit actio personalis. c. 37. n. 7. p. 78

Laudemium non debetur ex venditione nulla, veluti de bonis minorum sine solemnitatibus. c. 37. n. 9. pag. 78

Laudemium nullum debetur ex contractu conditionali, ante verificatam conditionem. c. 37. num. 10. pag. 78

Laudemium nullum debetur nullâ factâ mutatione possessionis. c. 37. n. 16. p. 79

Amplia etiam si translata sit possessio per clausulam Constituti. c. 37. n. 17. p. 79

Idem

Index Posterior,

- Idem de aliis clausulis. Ibid. n. 18. p. 79
- Perfecto contractu, & traditâ possessione, non licet ab eo recedere absque solutione laudemij. cap. 37. num. 20. p. 79
- Quomodo concipiendus sit contractus, ne partes teneantur ad laudemium, dum ab eo recedunt. c. 37. num. 21. p. 79
- Magna est differentia inter solutionem gabellæ, & solutionem laudemij. c. 39. n. 16. p. 82
- Laudemium debetur ex locatione ad longum tempus. cap. 41. n. 12. p. 87
- Laudemium inter utilitates feudales recensendum est. c. 75. n. 2. p. 170
- Laudemium seu releuium non soluitur ex mutatione manus dominantis, sed seruentis. cap. 75. num. 12. pag. 170
- Laudemium est utilitas ex re, vel propter rem proueniens. c. 75. n. 3. p. 170
- Ex alienationibus feudi translati per Dominum cum pacto redimendi; nullum debetur laudemium. c. 75. num. 4. p. 170
- Per quamcumque immunitatem quamuis generaliter concessam, non censetur quis exemptus à solutione laudemij. c. 75. n. 5. p. 170
- Fallit, quando in feudatarium fuit translatum omne dominium cum clausulis immunitatem importantibus. c. 75. n. 6. p. 170
- In materia laudemiorum magna est differentia inter feudum, & emphyteusim: nec semper licet inferre ab vno, ad aliud. c. 75. n. 7. p. 170
- Laudemium esse feudi obuentionem extrinsecam voluit Surd. c. 75. n. 8. p. 170
- Sed contrariam verius esse ostenditur. cap. 75. num. 9. pag. 170
- Laudemia continentur in legato vsusfructus, & pertinent ad conductores fructuum, & reddituum. c. 75. num. 10. p. 170
- Legatum.*
- Legatum scutorum auri non explicando de quibus testator senserit, debet explicari de iis quorum maius est commercium. c. 13. n. 3. p. 23
- Sed in hoc casu plurima consideranda sunt; Primò verba testamenti, vel ea quæ præcedunt, vel quæ sequuntur. c. 13. n. 4. p. 23
- Secundò: consuetudo loquendi testatoris. Ibid. n. 5. pag. 23
- Tertio, dignitas legatarij, affectio testatoris, consanguinitas, aut affinitas ipsius, & similia. cap. 13. num. 6. p. 23
- Cessantibus dictis circumstantiis, legati censentur minimi aurei cursum habentes. c. 13. n. 9. p. 23
- Quando testator legauit summam soluendam in pecunia, vel in annuis redditibus; tunc pecunia est in obligatione, & annui redditus in solutione. cap. 14. num. 1. p. 25
- Si legatum certæ summæ fuerit soluendum in talibus bonis certis & designatis; bona illa debentur, & non pecunia. c. 14. n. 7. p. 25
- In legatis, & in fideicommissis particularibus; non res in solutum data, sed sola pecunia restitui debet. cap. 14. num. 16. p. 26
- Fallit in casu quo legatarius declarasset se subrogare bona in locum fideicommissi. cap. 14. n. 17. p. 26
- Legatum quod fieri prohibetur per statutum, vel consuetudinem; validum est quoad bona sita extra locum statuti, vel consuetudinis. cap. 33. num. 1. pag. 71
- Hoc maximè procedit, dum agitur de statuto vel consuetudine exorbitanti à iure communi. cap. 33. num. 2. p. 71
- Legatum Curia cum suis pertinentiis, videtur continere tam onera quàm honores, nomine illo *Curia* quod est vniuersale. c. 61. n. 15. p. 144
- Legata in eo in quo sunt onerosa & remuneratoria, vxor bonorum socia pro parte sua soluere tenetur. cap. 69. n. 16. p. 160
- Legata pia quando adsunt in hæreditate, vt & non pia, vtrum quod non deducitur de legatis piis deducatur super non piis. c. 73. n. 3. p. 167
- Si legatum vni eidemque personæ factum sit priuilegiatum, & aliud non priuilegiatum; quod non deducitur de priuilegiato, capitur super non priuilegiato. c. 73. n. 4. p. 167
- Legata si non exhauserunt totum patrimonium, pia eximuntur à falcidia. c. 73. n. 9. p. 167
- Quod non detrahitur de legatis à iure priuilegiatis, non cedit damno aliorum legatorum, sed solius hæredis. c. 73. n. 10. p. 167
- In legato generali res propria hæredis non continentur. c. 74. n. 1. p. 168
- Amplia, etiamsi factum esset legatum cum clausula *omnium & quoruncumque bonorum, utiliter constitutorum.* c. 74. n. 2. p. 168
- Declara id maximè procedere posse, si adiecta fuerit mentio bonorum suorum. c. 74. n. 3. p. 168
- In re communi testator partem suam legasse duntaxat censetur, non autem partem hæredis. cap. 74. n. 4. pag. 168
- Sub legato vsusfructus omnium bonorum, res possessæ tempore testamenti per testatorem restitutioni subiectæ non continentur. cap. 74. num. 5. pag. 168
- Nisi tamen restitutio ipsi hæredi facienda esset, tunc enim continetur si legatarius sit vxor, vel coniuncta persona, & legatum sit generale, & amplum. cap. 74. n. 6. p. 168
- Testatorem propriam rem hæredis legare potuisse, indubitatum est. c. 74. n. 7. p. 168
- Legatum præceptionis non restituitur cum hæreditate. c. 85. n. 9. p. 192
- Legatum vni ex cohæredibus factum, restitui debet vnâ cum fideicommissò vniuersali pro rata portio- nis hæreditariæ. c. 85. n. 11. p. 192
- Legatum quidem à seipso non potest hæres accipere quandiu est hæres; sed adueniente casu restitutionis hæreditatis, potest legatum sibi factum retinere. c. 85. n. 15. p. 193
- Legatum à seipso factum nullum esse, & ideo tractu temporis conualescere non posse. c. 85. n. 16. sed vide num. seqq. p. 193
- Legatum hæredi à seipso factum non est omninò nullum, sed eius effectus differtur in tempus quo non erit hæres, nempe restitutionis hæreditatis faciendæ substituto. c. 85. n. 17. p. 193
- Legatum præceptionis dicitur dum quis vnâ re præceptâ, residuum restituere debet. cap. 85. num. 18. pag. 193
- Legatum factum ad fruendum tempore vitæ, non continet proprietatem ad tempus vitæ restrictam. cap. 87. n. 5. p. 196
- In dicto legato non succedunt legatarij hæredes; sed res deuoluitur ad substitutos, vel ad institutos. cap. 87. n. 6. p. 196
- Si in vno legato detur facultas disponendi ad libitum, in alio verò ad tempus vitæ; multò fortius legatum hoc ad solum vsusfructum restringendum est. Ibid. n. 7. p. 196
- Quid & quantum in legato comprehendatur, ex qualitate & indigentia legatarij cognoscitur. cap. 87. num. 8. p. 196
- Quamuis

Rerum, & Verborum.

Quamuis testator legatarium mobilium exemit à præstatione cautionis, non tamen ideo proprietatem reliquisse videtur. c. 97. n. 10. p. 197

Onus iniunctum legatario restituendi mobilia post mortem suam in statu in quo reperientur; non arguit proprietatem illi fuisse relictam. cap. 87. n. 11. pag. 197

Quando legatum temporale alicui relictum fuit, finito illo tempore deuoluitur ad hæredem, vel illius successores; non tanquam ius habentes à legatario, sed iure proprio nempe iure consolidationis propter temporalitatem legati. cap. 87. n. 20. pag. 197

Legitima.

Legitimæ calculum augent, quæcumque in legitimam imputantur. c. 35. n. 7. p. 75

Quæcumque filiis quærentur ex stipulatione paterna, imputantur & computantur in legitimæ calculo. cap. 35. n. 9. p. 75

Feudum non imputatur nec computatur in legitima. cap. 35. n. 10. p. 75

Non solum feudum hæreditarium, sed etiam mixtum pro se, & filiis, & hæredibus stipulatum, imputatur & computatur in legitima. cap. 35. n. 11. pag. 75

Hoc maximè procedit, dum agitur de bonis quorum omnes filij sunt capaces. c. 35. n. 12. p. 75

Legitima liberorum non minuitur per voluntarias quascumque alienationes. Ibid. n. 13. p. 75

Bona procedentia ex fideicommissò auito, non augent calculum legitimæ. c. 35. n. 14. p. 75

Fideicommissum antiquum non est, quod incipit ab ea persona super cuius bonis legitima petitur. c. 35. num. 15. p. 75

Quando donatio incipit à persona liberorum, virum per eam minuatur legitima pendet ex circumstantiis. c. 35. n. 20. p. 75

In legitima pater filium grauare potest relinquendo illi alia bona æquiualentia. cap. 50. num. 38. pag. 110

Legitima & falcidia concurrunt, quando quis grauatus est restituere non purè, sed sub conditione. cap. 78. n. 25. p. 180

Legitimati, Legitimitio.

Legitimati per Principis rescriptum non habent ius faciendi vt donatio reuocetur ex *l. si unquam*. c. 54. num. 26. p. 121

Referuntur DD. contrariæ sententiæ. c. 54. num. 27. iunctis n. 21. & 24. Ibid. p. 121

Contrariæ istæ & inuicem dissidentes DD. sententiæ fœdere distinctionis conciliantur, vt tam in legitimis quàm illegitimis recurratur ad coniecturas, ex quibus colligi possit donatorem habuisse animum reuocandi donationem. c. 54. n. 28. p. 121

Legitimitio personarum necessaria est etiam in possessorio summarissimo. c. 64. n. 6. p. 149

Legitimus contradictor.

Legitimi contradictoris materia in Saluiano æquiparatur *l. fin. Cod. de edict. D. Adrian. toll.* c. 53. n. 3. pag. 117

Legitimus contradictor est hæres non possidens aduersus fideicommissarium petentem se immitti, si ius istius pendeat ex facto dubio. c. 53. n. 6. p. 117

Possidens & allegans parem titulum est legitimus contradictor ad excludendam viam executiuam, & obtinendum vt ordinariè agatur. cap. 53. num. 12. pag. 118

Legitimus contradictor est non possidens, aduersus actorem non possidentem, si alleget titulum exclusuum iuris ipsius, si res non sit omnino dubia, nec

omnino clara ad effectum vt causa ordinariè tractetur. c. 53. n. 13. p. 118

Legitimus contradictor non est possidens, si non alleget titulum probabilem. Ibid. n. 15. p. 118

Si possidens alleget titulum probabilem ex quo ius actoris reddi possit dubium, tunc est legitimus contradictor. c. 53. n. 16. p. 118

Legitimus contradictor facilius est qui possidet, quàm non possidens. c. 53. n. 17. p. 118

Lex.

Legis fin. Cod. de edict. D. Adrian. remedium sæpè datur contra possidentes. c. 53. n. 14. p. 118

Remedium *l. fin. Cod. de edict. D. Adrian.* competit tacitè substituto. c. 53. n. 23. p. 118

Text. in *l. semper in ambiguis. ff. de reg. iur.* quomodo procedat in materia monetarum. cap. 3. num. 56. pag. 9

Explicatur text. in *l. qui lancem. 33. ff. de aur. & argent. legat.* c. 13. n. 11. p. 23

Dispositio *l. quoties. Cod. de rei vendic.* locum etiam habet in iuribus incorporalibus, quæ sunt corporalibus annexa. c. 23. n. 11. p. 49

Dispositio *l. quoties.* non habet locum quando cessio fuit roborata iuramento, & hypothecâ bonorum. cap. 23. n. 12. p. 49

Explicatur text. in *l. si quos. Cod. de rescind. vendit.* cap. 28. n. 4. p. 57

Text. in *d. l. si quos.* procedere ex speciali fauore fisci, verius est. c. 28. n. 6. p. 57

Text. in *l. pater filium. 36. ff. de legat. 2.* & in *l. si pupillorum. §. final. ff. de reb. eor.* non tangunt materiam subingressionis. c. 29. n. 15. p. 60

Text. in *d. l. si pater filium.* & *d. l. si pupillorum.* solum respiciunt securitatem emptoris, non subrogationis ad fines agendi. cap. 29. num. 20. pag. 61

In Gallia *l. 1. ff. de fund. dotal.* est abrogata quoad primam eius partem duntaxat. cap. 40. num. 5. pag. 83

Explicatur verus sensus *l. 1. ff. de fund. dotal.* cap. 40. n. 11. & n. 12. Remissiuè. p. 83. & 84

Text. in *l. pater §. filium. ff. de legat. 3.* dilucidatur. cap. 47. n. 4. p. 97

Dispositio *l. Lucius. ff. de enict.* non procedit in eo qui à Principe ius habet. cap. 49. num. 55. & 56. pag. 107

Quando testator posuit in voluntate alicuius vt possit eligere, vel non eligere; tunc electus ab eo grauari potest: & ad hoc expenditur text. in *l. virum. 8. §. cum quidam. ff. de reb. dub.* cap. 50. num. 41. & 42. p. 110

Dispositio *leg. hac edictali. Cod. de secund. nupt.* non comprehendit ius eligendi. c. 50. n. 47. p. 111

Exponitur text. in *l. cum pater. 79. §. à filia. ff. de legat. 2.* c. 51. n. 29. p. 114

L. quoties duobus. Cod. de rei vendic. locum habet in omnibus contractibus tam onerosis, quàm lucrativis. c. 67. n. 16. p. 156

L. diuortio. ff. solut. matrimon. non habet locum in Gallia quoad bona in quibus maritus & vxor ex consuetudine sunt in communiõne. cap. 69. num. 9. pag. 160

In fructibus tamen beneficiorum *l. diuortio.* seruatur in Gallia, & fructus mortuo beneficiato pro rata diuiduntur inter hæredem, & successorem beneficij. c. 69. n. 10. p. 160

Text. in *l. iubemus. §. in supradictis. Cod. ad Trebell.* non est extendendus extra casum suum. c. 70. n. 4 pag. 162

Index Posterior,

Libellus, Liber.

Libellus admittitur seu petitio simplex, quamvis non sit alternatiua, si pecunia, vel bona debeantur. c. 14. num. 12. p. 26

Libris computorum standum est, quando in illis creditum reperitur scriptum sub nomine alterius. c. 90. num. 18. p. 203

Liberatio.

Debitorem impugnantem executiones non esse audiendum, nisi oblato debito pro quo facta fuit liberatio, multi existimant. c. 22. n. 1. p. 47

Alij in contraria sunt sententia. Ibid. n. 2. p. 47

Explicatur doctrina Cod. Fabrian. & Surdi, circa restitutionem debiti faciendam ab eo, qui liberationem bonorum arguit nullitatis. cap. 22. num. 7. pag. 47

Quando executio est consummata, & liberatarius missus in possessionem; is qui impugnat liberationem, tenetur restituere in primis debitum pro quo facta fuit liberatio. c. 22. n. 8. p. 47

Intellige vt hoc locum habeat, si agatur ad nullitatem liberationis iudicio ordinario, secus si agatur actione spolij: tunc enim debitor non tenetur offerre nec soluere debitum pro quo liberatio facta fuit. c. 22. n. 9. p. 47

Præterea debitor non tenetur soluere suo creditori summam, pro qua bona subhastata fuere, quando creditum non est certum & liquidum, sed patitur aliquam dubitationem. c. 22. n. 10. p. 48

Liberatio facta creditori nullâ præuiâ æstimatione, valida potissimum, est si debitor non probauerit in eâ adesse læsionem in magno excessu. c. 28. num. 8. pag. 57

Liberatio bonorum sub hasta publica nulla est, si non fiat in pecunia numerata. cap. 32. num. 21. pag. 70

Liberatio bonorum habitâ fide de pretio, est valida; si creditor consentiat in actu liberationis: ita vt obligatio debitoris extincta remaneat. c. 32. num. 23. pag. 70

Si plures sint creditores, omnium requiritur consensus, vt liberatio habitâ fide de pretio valida sit. c. 32. num. 24. p. 70

Liberationem eius qui administrauit concipi sub verbis donationis, vel gratificationis, non est inconueniens. c. 68. n. 17. p. 158

Aduersus liberationem iuratam nemo auditur, nisi probet verum dolum. cap. 68. num. 28. pag. 158

Liberi.

Liberi naturales nati post donationem, profunt ad illius reuocationem, si postea fuerint legitimati per subsequens matrimonium. cap. 54. num. 21. pag. 121

Liberi naturales ante donationem nati, & postea legitimati per subsequens matrimonium, non sufficiunt ad donationis reuocationem, ex sententia Ripæ & aliorum. c. 54. n. 22. p. 121

Verior tamen est contraria sententia, quod donatio reuocetur per subsequutam legitimationem naturalium ante donationem natorum. c. 54. num. 23. pag. 121

Immo siue liberi nati sint ante donationem, siue post, donatio reuocatur per superuenientem liberorum legitimationem, iuxta nonnullorum sententiam, contra ea quæ dicta sunt supra n. 21. c. 54. num. 24. pag. 121

Liberi in conditione positi præcipuè sub qualitate masculinitatis, censentur dispositiuè vocati. cap. 55. n. 12. p. 123. Sed contra, ibid. n. 35. p. 125

In quæstione vtum ius quæsitum fuerit liberis tanquam liberis, vel tanquam hæredibus, si verba dispositionis æqualiter respiciant patrem & filios, censetur quæsitum ius illis tanquam liberis, veluti si dictum fuerit, *Dono filio & suis, vel filio & eius liberis*: sed si verba dispositionis principaliter dirigantur ad patrem, & per reflexionem ad filium, vt si dictum fuerit, *dono filio stipulanti pro se, & suis*; multo magis si dictum sit *pro hæredibus quibuscumque*, filiis ius quæritur tanquam hæredibus, non tanquam filiis. c. 55. n. 13. p. 123

Intellige vt procedat in materia transitoria ad hæredes. c. 55. n. 14. Quid in non transitoria, vide n. 16. pag. 123

Vtilitas liberorum est secundaria, & minus principaliter considerata in donatione facta contemplatione matrimonij, & fauore liberorum. c. 55. n. 17. pag. 123

Vtilitas liberorum in eo consistit, vt patrem habeant diuitem cui succedere possint. cap. 55. num. 18. pag. 123

Liberorum consideratio est remota in donationibus matrimonialibus. c. 55. n. 24. p. 124

Liberi post patrem ordine successiuo vocantur, quando illorum mentio facta fuit in parte dispositiua: iuxta tradita supra numer. 13. cap. 55. num. 33. pag. 124

Liberi in conditione positi non censentur dispositiuè vocati in contractibus, nisi concurrentibus coniecturis. c. 55. n. 35. p. 125

Testator eandem censetur habere affectionem erga hæredem, & illius liberos. cap. 87. num. 19. pag. 197

Quælibet coniectura sufficit, vt dispositio ad solos primi gradus liberos restringatur. cap. 89. n. 7. pag. 219

Liberi soli primi gradus in genere, dum agitur de testatore imperito, liberorum appellatione continentur. c. 99. n. 19 p. 219

Libertas.

Iudicium possessorium competit pro manutentione libertatis naturalis contra prætendentem seruitutem. c. 23. n. 8. p. 49

Libertatis præsumptionem pro se habent omnia prædia, & præsertim rustica. c. 25. n. 7. p. 53

Dum prædium vt liberum alienatur, censetur etiam translatum dominium directum. cap. 41. num. 29. pag. 88

Licentia.

Licentiam concedens faciendi aliquem actum, censetur etiam dare facultatem ea omnia faciendi, quæ sunt de naturalibus illius actus. cap. 19. num. 6. pag. 41

Licentia data aliquid faciendi, extenditur ad omnia annexa, & consequutiua, ac dependentia illius actus. c. 19. n. 7. p. 41

Licitatio.

Licitando creditor non debet esse deterioris conditionis, quàm quilibet extraneus. c. 28. n. 3. p. 57

Licitatorem nouum communitas admittere potest, antequam subhastationes factæ fuerint, & in scripturam redactæ, ac conditiones adimpletæ. cap. 37. num. 13. & 14. p. 78. & 79.

Liga.

Liga monetarum in duodecim denarios distinguitur. cap. 12. n. 6. p. 21

Linea.

Linea tota quando vocata est, quandiu aliquis ex ipsa superest, non fit transitus ad aliam lineam. c. 89. num. 11. p. 201

Rerum, & Verborum.

Lista.

Lista si data fuerit conductori; tenetur locator, si ipse non fruatur rebus descriptis in ea. cap. 31. num. 44. pag. 67

Litis Contestatio.

Per litis contestationem causatur mala fides, impediens opponi creditoribus compensationem. c. 58. num. 24. p. 138

Litis contestatio oritur in executiuis per primum actum iudiciale. c. 14. n. 11. p. 26

Literæ.

Literas qui retinuit & non fecit debitas diligentias aduersus eum ad quem literæ erant directæ, est in culpa. c. 90. n. 10. p. 203

Qui literas transmisit ad debitorem, cui directæ erant, & illas apud ipsum longo tempore dimisit, videtur fidem illius sequutus. cap. 90. n. 11. pag. 203

Consultus est, vt post ostensionem literæ creditor illam sibi restitui faciat. c. 90. n. 12. p. 203

Creditor cui dantur literæ Cambij; vel scedula bancaria, videtur potius illam acceptare pro sua securitate, quàm loco solutionis. cap. 90. n. 13. pag. 203

Si tamen mercator cui literæ diriguntur soluerit, vel depositum fecerit, debitor remanet liberatus. c. 90. num. 14. p. 203.

Acceptatio & effectuatio literarum Cambij remissarum creditori, extinguit obligationem & hypothecam. c. 90. n. 15. p. 203

Obligatio hereditatis extincta est, remissis ipsi per debitorem literis Cambij, si mercator ad quem illæ diriguntur ipsum scripserit debitorem. cap. 90. num. 19. p. 203

Locatio.

Locatio contractus in dubio censendus est quem partes ita nominant. c. 31. n. 2. p. 65

Si contractus sit locationis in effectu, non est attendenda denominatio partium, illum venditionis contractum nominantium: & è contra. c. 31. n. 4. pag. 65

Locationis contractum esse arguit pretij distributio per tempora. c. 31. n. 5. p. 65

Intellige vt procedat, quando distributio est vniformis; secus si difformis. c. 31. n. 6. p. 65

Locator tenetur procurare conductori fruitionem, & omnia impedimenta remouere. cap. 31. num. 28. pag. 66

Non potest dari cautela vt renuntietur læsioni contingenti in substantia rei locatæ. c. 31. num. 32. pag. 66

Locator vtrum teneatur ad totale interesse erga conductorem, facto locatoris impeditum. cap. 31. n. 37. pag. 67

Locatorem spoliare dicitur Iudex eum condemnando ad soluendam mercedem, si re conducta frui non potuit. c. 31. n. 39. p. 67

Locans rem alienam etiam ignoranter, tenetur ad totale interesse. c. 31. n. 45. p. 67

Contra locatorem datur actio doli, si in lista scripserit res indebitas. c. 31. n. 46. p. 67

Locator tenetur conductorem de omnibus impedimentis monere. c. 31. n. 47. p. 67

Locationis contractus intelligi debet, rebus sitantibus. c. 31. n. 49. p. 67

Locus.

Locus destinatus ad vsum alterius loci, censetur pars illius. c. 60. n. 3. p. 140

Locus publicus si Communitas emerit, potest illum ad vsum sibi bene vifos commutare. c. 60. n. 5. p. 141

Locus publicus emptus à Communitate, alienari aut vendi non potest. c. 60. n. 6. p. 141

Loca publica Communitatis vendi possunt pro illius necessitate. c. 60. n. 7. p. 141

Loquutio.

Quando disponens discretiue loquutus est de liberis, & de liberis liberorum, veluti si dixerit, *volo quod meus haeres eligat vnum liberorum meorum, & si liberi mei moriantur sine liberis, &c.* tali casu liberis in electionis dispositione vocatis non continentur nepotes. c. 51. n. 24. p. 114

Stante discretiua loquutione de liberis, & liberorum liberis; electio de persona neporum facta, nulla est, vt facta contra intentionem disponentis. cap. 51. num. 25. p. 114

Substitutis liberis testatoris, vel eorum liberis, de quibus discretiue mentio facta est in liberis vltioris gradus, cessat representatio. cap. 99. n. 6. pag. 219

Discretiua loquutio de liberis, & liberorum liberis, fortius operatur quando testator ea loquendi forma vsus est in diuersis sui testamenti partibus. c. 99. num. 8. p. 219

Lucrum dotis.

Lucrum dotis capitur ante legitimam liberorum. c. 46. num. 7. p. 95

Inter lucrum dotis, & augmentum, quæ sit differentia. c. 46. n. 8. p. 95

M

Maioratus.

MAioratus quando institutus est respectu certæ lineæ filij maioris, tunc solus primogenitus gradus cuiuslibet illius lineæ admittendus est ad primogenituram. c. 89. n. 17. p. 201

Mandatum.

Mandatum solum de soluendo datum exactori, non tollit obligationem, donec solutio effectualis interuenerit. c. 11. n. 1. p. 19

Mandato alicui concessio omnia consequutiua mandati concessa censentur. c. 32. n. 7. p. 69

Mandatum nihil prodest nisi probatâ illius effectuatione. c. 50. n. 17. p. 109

Mandatum solum ad nominandum habet vim nominationis, si illud faciens demonstrauerit determinatam eligendi voluntatem. cap. 50. num. 18. pag. 109

Manutentio.

Manutentio aquæ in dubio cumulatiue concedenda. cap. 48. n. 42. p. 102

Manutentio peti potest in quacumque parte litis suspenso petitorio. cap. 60. n. 21. etiam in causa appellationis. Ibid. n. 22. p. 142

An, & quomodo ius vniuersale manuteneri possit, & quando ad hunc effectum dicatur certum, & incertum. c. 64. n. 19. p. 150

Manutentio quando debeatur ad effectum generalis cuiusdam communionis: & quando ad effectum perceptionis fructuum. c. 64. n. 20. p. 150

Ad effectum manutentionis non debet attendi certitudo legis, sed hominis, id est, vt res talis sit vt eam ferri possit animus certus, & deliberatus illius qui vult apprehendere possessionem. cap. 64. num. 21. p. 150

Maritus.

Maritus si aureos auri in specie recognouerit, eodem modo reddere tenetur. c. 15. n. 5. p. 27

Maritus qui dotem exigere debebat in speciebus auri, sibi imputare debet si alio modo exegerit. c. 15. n. 7. pag. 28.

Index Posterior,

Maritus qui fuit negligens in exigendis dotis fructibus, non potest agere contra bona supposita fideicommissio: secundum Fusarium. cap. 21. num. 25. p. 46

Maritus iure antiquo soluto matrimonio remanebat dominus fundi dotalis, & de eo loquitur text. in l. 1. ff. de fund. dotal. capit. 40. numer. 4. pag. 83

Maritus non solum, sed etiam vxor in terminis l. 1. ff. de fund. dotal. poterat alienare fundum dotalem. c. 40. n. 5. p. 83

Maritus si præmoriatur, & postea vxor; dos redit ad patrem exclusis liberis. cap. 100. numer. 2. pag. 221

Marito præmortuo superstitionibus vxore, liberis, & patre vxoris; dos ex veriori sententia redit ad patrem. c. 100. n. 3. p. 221

Masculi.

Masculus remotior ex altero latere iunctus excludit fœminam proximiorē ex utroque latere iunctam, quando fœminæ deficientibus duntaxat masculis sunt vocatæ. c. 24. n. 6. p. 52

Exclusio matris non præiudicat masculis ab ea descendentes, licet veniant à radice infecta. cap. 24. num. 7. p. 52

Masculi descendentes ex fœmina, non sunt de familia, nec de cognomine. c. 47. n. 27. p. 98

Mater.

Mater binuba quas successiones de iure communi amittat. c. 33. n. 11. p. 72

In Gallia in locis ubi edictum receptum est, mater non succedit: & quid ex Regia ordinatione consequatur. c. 33. n. 12. p. 72

Mater transiens ad secunda vota non amittit facultatem eligendi. c. 50. n. 46. p. 111

Mater tenetur cauere liberis pro possibilitate. cap. 70. num. 9. & 14. p. 162

Mater grauata de restituendo liberis suis ab alio quam à proprio parente primi gradus, tenetur cauere de restituendo fideicommissum liberis. cap. 70. num. 5. p. 162

Mater etiam à proprio parente grauata tenetur fideicommissi nomine cauere liberis suis, si ad secunda vota transierit. c. 70. n. 6. p. 162

Mater grauata quando non est filia primi gradus grauantis, tenetur liberis suis cauere fideicommissi nomine. c. 70. n. 7. p. 162

Mater tutrix testamentaria filia suæ si aliquid utilitatis consequatur pro collocanda filia in matrimonio tenetur illud restituere conditione ob turpem causam. c. 76. n. 1. p. 171

Mater quæ tutelam formiter non acceptauit, non amittit legatum sibi à marito factum, quamuis ad secunda vota non petito tutore transierit. cap. 77. num. 24. p. 174

Matrimonium.

Matrimonium siue sit causa impulsua, siue finalis, non tamen quæritur ex donatione matrimoniali ius liberis vti liberis. c. 65. n. 31. p. 124

Utrum donatione facta contemplatione matrimonij, matrimonium dicatur causa impulsua, vel finalis. c. 55. n. 30. p. 124

Matrimonium quando donationis causa finalis est, insinuatio non requiritur. c. 57. n. 27. p. 135

Promissio subditorum erga Baronem de duplicando census in casum matrimonij filiarum, executioni demandari debet, non solum in casu matrimonij carnalis; sed etiam spiritualis, dum filia monasterium ingreditur. cap. 65. numer. 1. pag. 151

Promissio supradicta locum non habet nisi tempore professionis emissæ. ibid. n. 2. p. 151

Conuentionem de soluendo pro matrimonio filia, vel filiarum, non de sola primogenita intelligenda est. Ampliatur etiam si dictum fuerit de filia in numero singulari. c. 65. n. 4. p. 151

In quibus casibus ex æquitate procedere possit Theauri sententia circa promissam solutionem per subditos in casu matrimonij filia. c. 65. num. 5. pag. 151

Declaratio facta in consequentiam matrimonij, censetur inesse ipsi matrimonio. cap. 96. numer. 6. pag. 213

Sed tamen pactum de succedendo inuolidum esse, quamuis fiat in consequentiam matrimonij, si non fiat in eodem contractu, in Gallia fuit decisum per Senatum Tholosanum. c. 96. n. 7. p. 213

Melioramenta.

Melioramenta & reparationes per maritum constante matrimonio factæ, numerantur inter acquæstus, quatenus bonorum æstimatio aucta fuit. c. 69. num. 23. p. 161

Melioramenta solo cedunt, & sunt eiusdem naturæ prout ipse fundus. c. 69. n. 24. p. 161

Meliorationes sufficit factas fuisse in territorio, quamuis non fuerint factæ in castro; illas enim dominus redimens resarcire tenetur. cap. 75. num. 15 pag. 170

Quando agitur de re vniuersali, veluti de Castro, datur retentio totius pro melioramentis in vna re factis. c. 75. n. 17. p. 170

Quando agitur de re vniuersali, vel de pluribus rebus connexis, vnâ re melioratâ omnes retineri possunt donec æstimatio melioramentorum restituatur. c. 75. n. 19. p. 171

Memoria restitutio.

Peti potest restitutio in integrum in fauorem memoriæ defuncti damnati de crimine læsæ Maiestatis. c. 42. n. 1. p. 89

Restitutio memoriæ defuncti fieri potest per viam gratiæ, vel per viam iustitiæ: & quid inter utrumque intersit. c. 42. n. 3. p. 89

Qua ratione obtineri possit restitutio memoriæ defuncti per viam iustitiæ. c. 42. n. 4. p. 89

Quid obseruetur in Gallia quando reintegratio memoriæ defuncti conceditur per viam iustitiæ. c. 42. num. 12. p. 89

Quando restitutio memoriæ defuncti petitur etiam quoad bona, citandi sunt tertij possessores in quos bona fuerunt alienata. cap. 42. numer. 13. pag. 89

Plura in verb. *Restitutio*.

Menochius.

Menochius *consil.* 708. num. 28. expenditur. cap. 41. num. 13. p. 87

Mercator.

Mercatores magni nominis semper censentur habere pecunias paratas, & illorum acceptatio vel promissio habetur loco pecuniæ numeratæ. cap. 90. num. 16. p. 203

Mercator ad quem literæ diriguntur, si pecunias deposuerit; & creditorem, cui cessæ erant literæ, constituerit in libris suis creditorem pecuniæ depositatæ, dicitur inducta solutio. cap. 90. num. 17. p. 203

Inter mercatores proceditur ex æquitate, & inducitur nouatio ex solo iudo pacto. cap. 90. num. 21. pag. 203

Rerum, & Verborum.

Merces.

Non potest conductor agere ad mercedis remissionem, nisi damnum sit intolerabile. c. 31. num. 7. pag. 65

Merita.

Merita satis probantur ex assertione Principis immunitatem concedentis. c. 44. n. 13. p. 92

Meritorum assertio generica non probat merita. c. 80. num. 7. p. 183

Meritorum specifica mentio non releuat à toto genere probationis. c. 80. n. 8. p. 183

Merita probata, per Principis assertionem, quomodo intelligendum sit c. 80. n. 9. p. 183

Meritorum sola assertio non probat illa esse æquivalentia concessioni. c. 80. n. 10. p. 183

Metus.

Metus amissionis scripturarum dicitur iustus, quando agitur de statu, vel libertate. cap. 68. num. 31. pag. 159

Metus amissionis scripturarum quando iustus non dicatur. c. 68. n. 32. p. 159

Si sententia lata fuerit ob metum cuiusdam potentis vel tyranni datur restitutio memoriæ defuncti. c. 42. n. 5. p. 89

Idem si ea ex præciso mandato, & absoluta Principis voluntate processerit. c. 42. n. 6. p. 89

Metus iustus incurritur ex solo vultu terribili Superioris. c. 42. n. 7. p. 89

Minor.

Minor 25. annis non potest eligi ad Consulatum. c. 62. num. 1. p. 145

Minore natu vocato, si testator ulterius processerit & vocaverit filios, & descendentes illius, sublato minore natu, eius liberi cæteris sunt præferendi. c. 89. n. 10. p. 201

Mobilia.

Mobilium consumptorum loco, restituitur illorum æstimatio. c. 87. n. 14. p. 197

In Gallia debita omnia pecuniaria, & obligationes omnes in quibus immobilium non adest promissio, mobilium appellatione continentur. c. 33. num. 7. p. 72

Iura acquisita per aliquem mediante solutione facta creditoribus, & cessione iurium per eos obtenta, mobilium appellatione continentur in Gallia. c. 33. num. 8. p. 72

Mobilis est apud Gallos pecunia ex immobilium venditione proveniens. c. 33. n. 9. p. 72

Molendina.

Molendina feudalia & bannaria inuito Domino à feudo separari nequeunt. c. 91. n. 15. p. 205

Moneta.

Moneta si fuerit intrinsecè alterata, debet attendi tempus contractus. c. 1. n. 3. p. 2

Moneta quando dicatur maioris vel minoris bonitatis extrinsecæ. c. 1. n. 6. p. 2

Monetæ restitutio promissa *au mesme pied*, quomodo intelligenda. In moneta, quid sit *pied*, quid *tiltre*, quid *aloy*. c. 1. n. 15. p. 3

Monetarum mutationis intrinsecæ periculum proximè futurum, non reddit pactum de restituendo in eadem bonitate illicitum. c. 1. n. 18. p. 3

Monetarum periculum prævisum proximæ extrinsecæ mutationis, an & quomodo reddat illicitum pactum de restituendo in eisdem speciebus. c. 1. n. 19. p. 3

Quando dubium mutationis monetarum est æquale inter debitorem & creditorem, pactum restitutionis in eadem bonitate licitum est. c. 2. n. 20. p. 3

Ob monetarum mutationem sibi præcauere permissum est. c. 1. n. 21. p. 3

Referuntur DD. de materia mutationis monetarum tractantes. c. 2. n. 27. p. 4

Verisimile non est contrahentes futuræ, incertæ ac variabili monetæ mutationi se supponere voluisse. c. 3. n. 54. p. 9

Quando agitur de moneta imaginaria, potest solui in moneta currenti tempore solutionis. c. 3. n. 59. p. 9

Monetæ imaginariæ qualitas etiam consideratur, quando moneta fuit intrinsecè alterata. c. 3. n. 60. pag. 9

Probabilis opinio futuræ mutationis monetarum ad hoc ut noceat creditori, quæ circumstantiæ probari debeant. c. 3. n. 64. p. 10

Propter metum mutationis valoris monetæ, licitum est sibi præcauere. c. 3. n. 65. p. 10

Monetæ aureæ ad argenteam proportio, quæ sit. c. 6. num. 3. p. 13

Monetæ cuius valor attendendus sit in locatione temporali, vel perpetua. c. 6. n. 5. p. 13

Monetæ nomen est generale, & ad aureos referri potest. c. 6. n. 13. p. 14

In monetis imaginariis locum etiam habet distinctio bonitatis intrinsecæ, & extrinsecæ. c. 6. n. 14. p. 14

Moneta quando fuit alterata in bonitate intrinsecæ, inspiciendum est tempus celebrati contractus, dum de solutione agitur. c. 7. n. 1. p. 14

Creditor non potest cogi recipere solutionem in moneta ronsa, vel pondere minuta. c. 7. n. 2. p. 15

Debitor qui recipit pecuniam pondere minutam, non cogitur soluere ponderosam. c. 7. n. 3. p. 15

Limita, si debitor pecuniam minoris ponderis receperit, & ipsam perinde usus fuerit ac si esset ponderosa, ponderosam reddere debet. cap. 7. num. 6. pag. 15

In dubio solutio fieri debet iuxta monetam temporis contractus, si certa species non fuerit promissa. c. 9. n. 1. p. 16

